


**FLORILEGIUM
AD VSVM PARTICIPVM
CONVENTICVLI SOCIETATIS
C.N. "EVROPA LATINA"**



**MMXII
MENSE SEPTEMBRI.**

Ex Nepotis vita Dionis.

[1] DION, Hipparini filius, Syracusanus, nobili genere natus, utraque implicatus tyrannide Dionysiorum. Namque ille superior Aristomachen, sororem Dionis, habuit in matrimonio; ex qua duos filios, Hipparinum et Nisaeum, procreavit totidemque filias, nomine Sophrosynen et Areten; quarum priorem Dionysio filio, eidem, cui regnum reliquit, nuptum dedit, alteram, Areten, Dioni. 2 Dion autem praeter nobilem propinquitatem generosamque maiorum famam multa alia ab natura habuit bona, in his ingenium docile, come, aptum ad artes optimas, magnam corporis dignitatem quae non minimum commendat, magnas praeterea divitias a patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxerat. 3 Erat intimus Dionysio priori, neque minus propter mores quam affinitatem. Namque etsi Dionysii crudelitas ei displicebat, tamen salvum propter necessitudinem, magis etiam suorum causa studebat. Aderat in magnis rebus, eiusque consilio multum movebatur tyrannus, nisi qua in re maior ipsius cupiditas intercesserat. 4 Legationes vero omnes, quae essent illustriores, per Dionem administrabantur; quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter administrando crudelissimum nomen tyranni sua humanitate leniebat. 5 Hunc a Dionysio missum Carthaginenses suspexerunt, ut neminem umquam Graeca lingua loquentem magis sint admirati.

[2] Neque vero haec Dionysium fugiebant; nam quanto esset sibi ornamento, sentiebat. Quo fiebat, ut uni huic maxime indulgeret neque eum secus diligeret ac filium; 2 qui quidem, cum Platonem Tarentum venisse fama in Siciliam esset perlata, adulescenti negare non potuerit, quin eum accerseret, cum Dion eius audiendi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic veniam magnaue eum ambitione Syracusas perduxit. 3 Quem Dion adeo admiratus est atque adamavit, ut se ei totum traderet. Neque vero minus ipse Plato delectatus est Dione. Itaque cum a tyranno crudeliter violatus esset, quippe quem venum dari iussisset, tamen eodem rediit eiusdem Dionis precibus adductus. 4 Interim in morbum incidit Dionysius. Quo cum gravi conflictaretur, quaesivit a medicis Dion, quemadmodum se haberet, simulque ab his petiit, si forte maiori inesset periculo, ut sibi faterentur: nam velle se cum eo colloqui de partiendo regno, quod sororis suae filios ex illo natos partem regni putabat debere habere. 5 Id medici non tacuerunt at ad Dionysium filium sermonem rettulerunt. Quo ille commotus, ne agendi esset Dioni potestas, patri soporem medicos dare coegit. Hoc aeger sumpto ut somno sopitus diem obiit supremum.

[3] Tale initium fuit Dionis et Dionysii simultatis, eaque multis rebus aucta est. Sed tamen primis temporibus aliquamdiu simulata inter eos amicitia mansit. Cum Dion non desisteret obsecrare Dionysium, ut Platonem Athenis arcesseret et eius consiliis uteretur, ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari, morem ei gessit. 2 Eodemque tempore Philistum historicum Syracusas reduxit, hominem amicum non magis tyranno quam tyrannidi. Sed de hoc in eo libro plura sunt exposita, qui de historicis Graecis conscriptus est. 3 Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit valuitque eloquentia, ut ei persuaserit tyrannidis facere finem libertatemque reddere Syracusanis; a qua voluntate Philisti consilio deterritus aliquanto crudelior esse coepit.

[4] Qui quidem cum a Dione se superari videret ingenio, auctoritate, amore populi, verens, ne, si eum secum haberet, aliquam occasionem sui daret opprimendi, navem ei triremem dedit, qua Corinthum deveheretur, ostendens se id utriusque facere causa, ne, cum inter se timerent, alteruter alterum praeoccuparet. 2 Id cum factum multi indignarentur magnaeque esset invidiae tyranno, Dionysius omnia, quae moveri poterant Dionis, in navis imposuit ad eumque misit. Sic enim existimari volebat, id se non odio hominis, sed suae salutis fecisse causa. 3 Postea vero quam audivit eum in Peloponneso manum comparare sibi bellum facere conari, Areten, Dionis uxorem, alii nuptum dedit filiumque eius sic educari iussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. 4 Nam puero, priusquam pubes esset, scorta adducebantur, vino epulisque obruebatur, neque ullum tempus sobrio relinquebatur. 5 Is usque eo vitae statum commutatum ferre non potuit, postquam in patriam rediit pater - namque appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent -, ut se de superiore parte aedium deiecerit atque ita interierit. Sed illuc revertor.

[5] Postquam Corinthum pervenit Dion et eodem perfugit Heraclides ab eodem expulsus Dionysio, qui praefectus fuerat equitum, omni ratione bellum comparare coeperunt. 2 Sed non multum proficiebant, quod multorum annorum tyrannis magnarum opum putabatur. Quam ob causam pauci ad societatem periculi perducebantur. 3 Sed Dion, fretus non tam suis copiis quam odio tyranni, maximo animo duabus onerariis navibus quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis navibus, decem equitum centumque peditum milibus, profectus oppugnatum quod omnibus gentibus admirabile est visum, adeo facile perculit, ut post diem tertium, quam Siciliam attigerat, Syracusas introierit. Ex quo intellegi potest nullum esse imperium tutum nisi benevolentia munitum. 4 Eo tempore aberat Dionysius et in Italia classem opperiebatur adversariorum, ratus neminem sine magnis copiis ad se venturum. 5 Quae res eum fefellit. Nam Dion iis ipsis, qui sub adversarii fuerant potestate, regios spiritus repressit totiusque eius partis Siciliae potitus est, quae sub Dionysii fuerat potestate, parique modo urbis Syracusarum praeter arcem et insulam adiunctam oppido, 6 eoque rem perduxit, ut talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet: Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionysius, Syracusas Apollocrates, cui maximam fidem uni habebat Dionysius.

[6] Has tam prosperas tamque inopinatas res consecuta est subita commutatio, quod fortuna sua mobilitate, quem paulo ante extulerat, demergere est adorta. 2 Primum in filio, de quo commemoravi supra, suam vim exercuit. Nam cum uxorem reduxisset, quae alii fuerat tradita filiumque vellet revocare ad virtutem a perdita luxuria, accepit gravissimum parens vulnus morte filii. 3 Deinde orta dissensio est inter eum et Heraclidem; qui, quod ei principatum non concedebat, factionem comparavit. Neque is minus valebat apud optimates, quorum consensu praeerat classi, cum Dion exercitum pedestrem teneret. 4 Non tulit hoc animo aequo Dion et versum illum Homeri rettulit ex secunda rhapsodia, in quo haec sententia est: non posse bene geri rem publicam multorum imperiis. Quod dictum magna invidia consecuta est. Namque aperuisse videbatur omnia in sua potestate esse velle. 5 Hanc ille non lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit Heraclidemque, cum Syracusas venisset, interficiendum curavit.

[7] Quod factum omnibus maximum timorem iniecit: nemo enim illo interfecto se tutum putabat. Ille autem adversario remoto licentius eorum bona, quos sciebat adversus se sensisse, militibus dispertivit. 2 Quibus divisis, cum quotidiani maximi fierent sumptus, celeriter pecunia deesse coepit; neque, quo manus porrigeret, suppetebat nisi in amicorum possessiones. Id eiusmodi erat, ut, cum milites reconciliasset, amitteret optimates. 3 Quarum rerum cura frangebatur et insuetus male audiendi non animo aequo ferebat de se ab iis male existimari, quorum paulo ante in caelum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem offensa in eum militum voluntate liberius loquebatur et tyrannum non ferendum dictitabat.

[8] Haec ille intuens cum, quemadmodum sedaret, nesciret et, quorsum evaderent, timeret, Callicrates quidam, civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat, homo et callidus et ad fraudem acutus, sine ulla religione ac fide, adit ad Dionem et ait: 2 eum magno in periculo esse propter offensionem populi et odium militum, quod nullo modo evitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet illi inimicum. Quem si invenisset idoneum, facile omnium animos cogniturum adversariosque sublaturum, quod inimici eius dissidenti suos sensus aperturi forent. 3 Tali consilio probato excepit has partes ipse Callicrates et se armat imprudentia Dionis; ad eum interficiendum socios conquirat, adversarios eius convenit, coniuratione confirmat. 4 Res, multis consciis quae gereretur, elata defertur ad Aristomachen, sororem Dionis, uxoremque Areten. Illae timore perterritae conveniunt, cuius de periculo timebant. At ille negat a Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quae agerentur, fieri praecepto suo. 5 Mulieres nihilo setius Callicratem in aedem Proserpinae deducunt ac iurare cogunt nihil ab illo periculi fore Dioni. Ille hac religione non modo non est deterritus, sed ad maturandum concitatus est, verens, ne prius consilium aperiretur suum quam conata perfecisset.

[9] Hac mente proximo die festo, cum a conventu se remotum Dion domi teneret atque in conclavi edito recubisset, consciis facinoris loca munitiora oppidi tradit, domum custodiis saepit, a foribus qui non discedant, certos praeficit: 2 navem triremem armatis ornat Philostratoque, fratri suo, tradit eamque in portu agitari iubet, ut si exercere remiges vellet, cogitans, si forte consiliis obstitisset fortuna, ut haberet, qua fugeret ad salutem. 3 Suorum autem e numero Zacynthios adulescentes quosdam eligit, cum audacissimos tum viribus maximis, hisque dat negotium, ad Dionem eant inermes, sic ut conveniendi eius gratia viderentur venire. 4 Hi propter notitiam sunt intromissi. At illi, ut limen eius intrarant, foribus obseratis in lecto cubantem invadunt, colligant: fit strepitus, adeo ut exaudiri possit foris. 5 Hic autem, sicut ante saepe dictum est, quam invisibilis sit singularis potentia et miseranda vita, qui se metui quam amari malunt, cuivis facile intellecta fuit. 6 Namque illi ipsi custodes, si prompta fuissent voluntate, foribus effractis servare eum potuissent, quod illi inermes telum foris flagitantes vivum tenebant. Cui cum succurreret nemo, Lyco quidam Syracusanus per fenestras gladium dedit, quo Dion interfectus est.

10] Confecta caede, cum multitudo visendi gratia introisset, nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur. Nam celeri rumore dilato, Dioni vim allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi falsa suspitione ducti immerentes ut sceleratos occidunt. 2 Huius de morte ut palam factum est, mirabiliter vulgi mutata est voluntas.

Nam qui vivum eum tyrannum vocitarant, eidem liberatorem patriae tyrannique expulsorem praedicabant. Sic subito misericordia odio successerat, ut eum suo sanguine ab Acherunte, si possent, cuperent redimere. 3 Itaque in urbe celeberrimo loco, elatus publice, sepulcri monumento donatus est. Diem obiit circiter annos LV natus, quartum post annum, quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.

**Περὶ τὴν τοῦ Περικλέους πολιτικὴν διοίκησιν (ἀπὸ τοῦ Πλουτάρχου
βίου Περικλέους 3. 1. – 3. 4, 7. 1 – 7.5, 11. 3 - 12, 38. 3)**

Περικλῆς ἦν τῶν μὲν φυλῶν Ἀκαμαντίδης, τῶν δὲ δήμων Χολαργεύς, οἴκου δὲ καὶ γένους τοῦ πρώτου κατ' ἀμφοτέρους. Ξάνθιππος γὰρ ὁ νυκήσας ἐν Μυκάλῃ τοὺς βασιλέως στρατηγούς ἔγημεν Ἀγαρίστην Κλεισθένους ἑγγονον, ὃς ἐξήλασε Πεισιστρατίδας καὶ κατέλυσε τὴν τυραννίδα γενναίως καὶ νόμους ἔθετο καὶ πολιτείαν ἄριστα κεκραμένην πρὸς ὁμόνοιαν καὶ σωτηρίαν κατέστησεν. αὕτη κατὰ τοὺς ὕπνους ἔδοξε τεκεῖν Λέοντα, καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ἔτεκε Περικλέα, τὰ μὲν ἄλλα τὴν ιδέαν τοῦ σώματος ἄμεμπτον, προμήκη δὲ τῇ κεφαλῇ καὶ ἀσύμμετρον. ὅθεν αἱ μὲν εἰκόνες αὐτοῦ σχεδὸν ἅπασαι κράνεσι περιέχονται, μὴ βουλομένων ὥς ἔοικε τῶν τεχνιτῶν ἐξονειδίζειν. οἱ δ' Ἀττικοὶ ποιηταὶ σχινοκέφαλον αὐτὸν ἐκάλουν· τὴν γὰρ σκίλλαν ἔστιν ὅτε καὶ σχῖνον ὀνομάζουσι. τῶν δὲ κωμικῶν ὁ μὲν Κρατῖνος ἐν Χείρῳσι “Στάσις δὲ (φησί) καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε μέγιστον τίκτετον τύραννον, ὃν δὴ Κεφαληγερέταν θεοὶ καλέουσι”, καὶ πάλιν ἐν Νεμέσει· “μόλ' ὦ Ζεῦ ξένιε καὶ καραϊέ.”

...

Ὁ δὲ Περικλῆς νέος μὲν ὦν σφόδρα τὸν δῆμον εὐλαβεῖτο. καὶ γὰρ ἔδοκει Πεισιστράτῳ τῷ τυράννῳ τὸ εἶδος ἐμφερὲς εἶναι, τὴν τε φωνὴν ἡδεῖαν οὖσαν αὐτοῦ καὶ τὴν γλῶτταν εὐτροχον ἐν τῷ διαλέγεσθαι καὶ ταχεῖαν οἱ σφόδρα γέροντες ἐξεπλήττοντο πρὸς τὴν ὁμοιότητα. πλούτου δὲ καὶ γένους προσόντος αὐτῷ λαμπροῦ καὶ φίλων οἱ πλείστον ἐδύναντο, φοβούμενος ἐξοστρακισθῆναι τῶν μὲν πολιτικῶν οὐδὲν ἔπραττεν, ἐν δὲ ταῖς στρατείαις ἀνὴρ ἀγαθὸς ἦν καὶ φιλοκίνδυνος. ἐπεὶ δ' Ἀριστείδης μὲν ἀποτεθνήκει καὶ Θεμιστοκλῆς ἐξεπεπτώκει, Κίμωνα δ' αἱ στρατεῖαι τὰ πολλὰ τῆς Ἑλλάδος ἔξω κατεῖχον, οὕτω δὴ φέρων ὁ Περικλῆς τῷ δήμῳ προσένειμεν ἑαυτόν, ἀντὶ τῶν πλουσίων καὶ ὀλίγων τὰ τῶν πολλῶν καὶ πενήτων ἐλόμενος παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἥκιστα δημοτικὴν οὖσαν.

...

ἦν μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς διπλὴ τις ὕπουλος ὥσπερ ἐν σιδήρῳ, διαφορὰν ὑποσημαίνουσα δημοτικῆς καὶ ἀριστοκρατικῆς προαιρέσεως, ἥ δ' ἐκείνων ἄμιλλα καὶ φιλοτιμία τῶν ἀνδρῶν βαθυτάτην τομὴν τεμοῦσα τῆς πόλεως, τὸ μὲν δῆμον, τὸ δ' ὀλίγους ἐποίησε καλεῖσθαι. διὸ καὶ τότε μάλιστα τῷ δήμῳ τὰς ἡνίας ἀνείς ὁ Περικλῆς ἐπολιτεύετο πρὸς χάριν, ἀεὶ μὲν τινα θέαν πανηγυρικὴν ἢ ἐστίασιν ἢ πομπὴν εἶναι μηχανώμενος ἐν ἄστει, καὶ διαπαιδαγωγῶν οὐκ ἀμούσοις ἡδοναῖς τὴν πόλιν, ἐξήκοντα δὲ τριήρεις

καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐκπέμπων, ἐν αἷς πολλοὶ τῶν πολιτῶν ἔπλεον ὀκτῶ μῆνας ἔμμισθοι, μελετῶντες ἅμα καὶ μανθάνοντες τὴν ναυτικὴν ἐμπειρίαν. πρὸς δὲ τούτοις χιλίους μὲν ἔστειλεν εἰς Χερρόνησον κληρούχους, εἰς δὲ Νάξον πεντακοσίους, εἰς δ' Ἄνδρον <τούς> ἡμίσεις τούτων, εἰς δὲ Θράκην χιλίους Βισάλταις συνοικήσοντας, ἄλλους δ' εἰς Ἰταλίαν <ἀν>οικιζομένης Συβάρεως, ἣν Θουρίους προσηγόρευσαν. καὶ ταῦτ' ἔπραττεν ἀποκουφίζων μὲν ἀργοῦ καὶ διὰ σχολὴν πολυπράγμονος ὄχλου τὴν πόλιν, ἐπανορθούμενος δὲ τὰς ἀπορίας τοῦ δήμου, φόβον δὲ καὶ φρουρὰν τοῦ μὴ νεωτερίζειν τι παρακατοικίζων τοῖς συμμάχοις.

Ὁ δὲ πλείστην μὲν ἡδονὴν ταῖς Ἀθήναις καὶ κόσμον ἤνεγκε, μεγίστην δὲ τοῖς ἄλλοις ἐκπληξιν ἀνθρώποις, μόνον δὲ τῇ Ἑλλάδι μαρτυρεῖ μὴ ψεύδεσθαι τὴν λεγομένην δύναμιν αὐτῆς ἐκείνην καὶ τὸν παλαιὸν ὄλβον, ἢ τῶν ἀναθημάτων κατασκευῇ, τοῦτο μάλιστα τῶν πολιτευμάτων τοῦ Περικλέους ἐβάσκαινον οἱ ἐχθροὶ καὶ διέβαλλον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, βοῶντες ὡς ὁ μὲν δῆμος ἀδοξεῖ καὶ κακῶς ἀκούει, τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων χρήματα πρὸς αὐτὸν ἐκ Δήλου μεταγαγών, ἢ δ' ἔνεστιν αὐτῷ πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας εὐπρεπεστάτη τῶν προφάσεων, δείσαντα τοὺς βαρβάρους ἐκεῖθεν ἀνελέσθαι καὶ φυλάττειν ἐν ὀχυρῷ τὰ κοινὰ, ταύτην ἀνήρηκε Περικλῆς, καὶ δοκεῖ δεινὴν ὕβριν ἢ Ἑλλάς ὑβρίζεσθαι καὶ τυραννεῖσθαι περιφανῶς, ὁρῶσα τοῖς εἰσφερομένοις ὑπ' αὐτῆς ἀναγκαίως πρὸς τὸν πόλεμον ἡμᾶς τὴν πόλιν καταχρυσοῦντας καὶ καλλωπίζοντας ὥσπερ ἀλαζόνα γυναῖκα, περιαιπτομένην λίθους πολυτελεῖς καὶ ἀγάλματα καὶ ναοὺς χιλιοταλάντους. ἐδίδασκεν οὖν ὁ Περικλῆς τὸν δῆμον, ὅτι χρημάτων μὲν οὐκ ὀφείλουσι τοῖς συμμάχοις λόγον, προπολεμοῦντες αὐτῶν καὶ τοὺς βαρβάρους ἀνείργοντες, οὐχ ἵππον, οὐ ναῦν, οὐχ ὀπλίτην, ἀλλὰ χρήματα μόνον τελούντων, ἃ τῶν διδόντων οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τῶν λαμβανόντων, ἂν παρέχωσιν ἀνθ' οὗ λαμβάνουσι, δεῖ δὲ τῆς πόλεως κατεσκευασμένης ἱκανῶς τοῖς ἀναγκαίοις πρὸς τὸν πόλεμον, εἰς ταῦτα τὴν εὐπορίαν τρέπειν αὐτῆς, ἀφ' ὧν δόξα μὲν γενομένων αἰδῖος, εὐπορία δὲ γινομένων ἐτοίμη παρέσται, παντοδαπῆς ἐργασίας φανείσης καὶ ποικίλων χρειῶν, αἱ πᾶσαν μὲν τέχνην ἐγείρουσαι, πᾶσαν δὲ χεῖρα κινεῖσαι, σχεδὸν ὅλην ποιοῦσιν ἔμμισθον τὴν πόλιν, ἐξ αὐτῆς ἅμα κοσμουμένην καὶ τρεφομένην. τοῖς μὲν γὰρ ἡλικίαν ἔχουσι καὶ ῥώμην αἱ στρατεῖαι τὰς ἀπὸ τῶν κοινῶν εὐπορίας παρεῖχον, τὸν δ' ἀσύντακτον καὶ βάνανυσον ὄχλον οὔτ' ἄμοιρον εἶναι λημμάτων βουλόμενος, οὔτε λαμβάνειν ἀργὸν καὶ σχολάζοντα, μεγάλας κατασκευασμάτων ἐπιβολὰς καὶ πολυτέχνους ὑποθέσεις ἔργων διατριβὴν ἐχόντων ἐνέβαλε φέρων εἰς τὸν δῆμον, ἵνα μηδὲν ἦττον τῶν πλεόντων καὶ φρουρούντων καὶ στρατευομένων τὸ οἰκουροῦν ἔχη πρόφασιν ἀπὸ τῶν δημοσίων ὠφελεῖσθαι καὶ μεταλαμβάνειν. ὅπου γὰρ ὕλη μὲν ἦν λίθος, χαλκός, ἐλέφας, χρυσός, ἔβενος, κυπάρισσος, αἱ δὲ ταύτην ἐκπονοῦσαι καὶ κατεργαζόμεναι τέχναι τέκτονες, πλάσται, χαλκοτύποι, λιθουργοί, βαφεῖς χρυσοῦ, μαλακτῆρες ἐλέφαντος, ζωγράφοι, ποικιλταί, τορευταί, πομποὶ δὲ

τούτων καὶ κομιστῆρες ἔμποροι καὶ ναῦται καὶ κυβερνῆται κατὰ θάλατταν, οἱ δὲ κατὰ γῆν ἀμαξοπηγοὶ καὶ ζευγοτρόφοι καὶ ἡνίοχοι καὶ καλωστρόφοι καὶ λινουργοὶ καὶ σκυτοτόμοι καὶ ὁδοποιοὶ καὶ μεταλλεῖς, ἑκάστη δὲ τέχνη, καθάπερ στρατηγὸς ἴδιον στράτευμα, τὸν θητικὸν ὄχλον καὶ ἰδιώτην συντεταγμένον εἶχεν, ὄργανον καὶ σῶμα τῆς ὑπηρεσίας γινόμενον, εἰς πᾶσαν ὥς ἔπος εἰπεῖν ἡλικίαν καὶ φύσιν αἱ χρεῖαι διένεμον καὶ διέσπειρον τὴν εὐπορίαν.

...

ἤδη δὲ πρὸς τῷ τελευτᾷ ὄντος αὐτοῦ, περικαθήμενοι τῶν πολιτῶν οἱ βέλτιστοι καὶ τῶν φίλων οἱ περιόντες λόγον ἐποιοῦντο τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς δυνάμεως, ὅση γένοιτο, καὶ τὰς πράξεις ἀνεμετροῦντο καὶ τῶν τροπαίων τὸ πλῆθος· ἐννέα γὰρ ἦν ἃ στρατηγῶν καὶ νικῶν ἔστησεν ὑπὲρ τῆς πόλεως. ταῦθ' ὥς οὐκέτι συνιέντος, ἀλλὰ καθηρημένου τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ, διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους· ὁ δὲ πᾶσιν ἐτύγχανε τὸν νοῦν προσεσχηκῶς, καὶ φθεγξάμενος εἰς μέσον ἔφη θαυμάζειν ὅτι ταῦτα μὲν ἐπαινοῦσιν αὐτοῦ καὶ μνημονεύουσιν, ἃ καὶ πρὸς τύχης ἐστὶ κοινὰ καὶ γέγονεν ἤδη πολλοῖς στρατηγοῖς, τὸ δὲ κάλλιστον καὶ μέγιστον οὐ λέγουσιν. “οὐδεὶς γάρ” ἔφη “δὲ ἐμὲ τῶν πολιτῶν [Ἀθηναίων] μέλαν ἱμάτιον περιεβάλετο.”

Ex Taciti vita Iulii Agricolae

[2] Legimus, cum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse, neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum saevitum, delegato triumviris ministerio ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur. Scilicet illo igne vocem populi Romani et libertatem senatus et conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur, expulsis insuper sapientiae professoribus atque omni bona arte in exilium acta, ne quid usquam honestum occurreret. Dedimus profecto grande patientiae documentum; et sicut vetus aetas vidit quid ultimum in libertate esset, ita nos quid in servitute, adempto per inquisitiones etiam loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipsam cum voce perdidissemus, sitam in nostra potestate esset oblivisci quam tacere. [...]

[5] ... Nec Agricola licenter, more iuvenum qui militiam in lasciviam vertunt, neque segniter ad voluptates et commeatus titulum tribunatus et inscitiam rettulit: sed noscere provinciam, nosci exercitui, discere a peritis, sequi optimos, nihil adpetere in iactationem, nihil ob formidinem recusare, simulque et anxius et intentus agere. Non sane alias exercitior magisque in ambiguo Britannia fuit: trucidati veterani, incensae coloniae, intercepti exercitus; tum de salute, mox de victoria certavere. Quae cuncta etsi consiliis ductuque alterius agebantur, ac summa rerum et recuperatae provinciae gloria in ducem cessit, artem et usum et stimulos addidere iuveni, intravitque animum militaris gloriae cupido, ingrata temporibus quibus sinistra erga eminentis interpretatio nec minus periculum ex magna fama quam ex mala. [...]

[39] Hunc rerum cursum, quamquam nulla verborum iactantia epistulis Agricolae auctum, ut erat Domitiano moris, fronte laetus, pectore anxius excepit. Inerat conscientia derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum, emptis per commercia, quorum habitus et crinis in captivorum speciem formarentur: at nunc veram magnamque victoriam tot milibus hostium caesis ingenti fama celebrari. Id sibi maxime formidolosum, privati hominis nomen supra principem attolli: frustra studia fori et civilium artium decus in silentium acta, si militarem gloriam alius occuparet; cetera utcumque facilius dissimulari, ducis boni imperatoriam virtutem esse. Talibus curis exercitus, quodque saevae cogitationis indicium erat, secreto suo satiatus, optimum in praesentia statuit reponere odium, donec impetus famae et favor exercitus languesceret: nam etiam tum Agricola Britanniam obtinebat. [...]

[41] Crebro per eos dies apud Domitianum absens accusatus, absens absolutus est. Causa periculi non crimen ullum aut querela laesi cuiusquam, sed infensus virtutibus princeps et gloria viri ac pessimum inimicorum genus, laudantes. Et ea insecuta sunt rei publicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent: tot exercitus in Moesia Daciaque et Germania et Pannonia temeritate aut per ignaviam ducum amissi, tot militares viri cum tot cohortibus expugnati et capti; nec iam de limite imperii et ripa, sed de hibernis legionum et possessione dubitatum. Ita cum damna damnis continuarentur atque omnis annus funeribus et cladibus insigniretur, poscebatur ore vulgi dux Agricola, comparantibus cunctis vigorem, constantiam et expertum bellis animum cum inertia et formidine aliorum. Quibus sermonibus satis constat Domitiani quoque auris verberatas, dum optimus quisque libertorum amore et fide, pessimi

malignitate et livore pronum deterioribus principem extimulabant. Sic Agricola simul suis virtutibus, simul vitiis aliorum in ipsam gloriam praeceps agebatur. [...]

[43] ... Domitiani vero natura praeceps in iram, et quo obscurior, eo inrevocabilior, moderatione tamen prudentiaque Agricolae leniebatur, quia non contumacia neque inani iactatione libertatis famam fatumque provocabat. Sciant, quibus moris est inlicita mirari, posse etiam sub malis principibus magnos viros esse, obsequiumque ac modestiam, si industria ac vigor adsint, eo laudis excedere, quo plerique per abrupta, sed in nullum rei publicae usum nisi ambitiosa morte inclaruerunt.

Πρὸς τῆς Κύρου Αναβάσεως βιβλίου Γ' (1 – 4, 11 – 18, 21- 25)

Ἐπεὶ δὲ οἱ στρατηγοὶ συνειλημμένοι ἦσαν καὶ τῶν λοχαγῶν καὶ τῶν στρατιωτῶν οἱ συνεπόμενοι ἀπωλώλεσαν, ἐν πολλῇ δὴ ἀπορίᾳ ἦσαν οἱ Ἕλληνες, ἐννοοῦμενοι ὅτι ἐπὶ ταῖς βασιλέως θύραις ἦσαν, κύκλῳ δὲ αὐτοῖς πάντῃ πολλὰ καὶ ἔθνη καὶ πόλεις πολέμια ἦσαν, ἀγορὰν δὲ οὐδεὶς ἔτι παρέξειν ἔμελλεν, ἀπεῖχον δὲ τῆς Ἑλλάδος οὐ μείον ἢ μύρια στάδια, ἡγεμῶν δ' οὐδεὶς τῆς ὁδοῦ ἦν, ποταμοὶ δὲ διεῖργον ἀδιάβατοι ἐν μέσῳ τῆς οἴκαδε ὁδοῦ, προυδεδώκεσαν δὲ αὐτοὺς καὶ οἱ σὺν Κύρῳ ἀναβάντες βάρβαροι, μόνοι δὲ καταλελειμμένοι ἦσαν οὐδὲ ἰππέα οὐδένα σύμμαχον ἔχοντες, ὥστε εὐδηλον ἦν ὅτι νικῶντες μὲν οὐδένα ἂν κατακάνοιεν, ἡττηθέντων δὲ αὐτῶν οὐδεὶς ἂν λειφθείη· ταῦτ' ἐννοοῦμενοι καὶ ἀθύμως ἔχοντες ὀλίγοι μὲν αὐτῶν εἰς τὴν ἐσπέραν σίτου ἐγεύσαντο, ὀλίγοι δὲ πῦρ ἀνέκαυσαν, ἐπὶ δὲ τὰ ὅπλα πολλοὶ οὐκ ἦλθον ταύτην τὴν νύκτα, ἀνεπαύοντο δὲ ὅπου ἐτύγχανον ἕκαστος, οὐ δυνάμενοι καθεῦδειν ὑπὸ λύπης καὶ πόθου πατρίδων, γονέων, γυναικῶν, παίδων, οὓς οὐποτ' ἐνόμιζον ἔτι ὄψεσθαι. οὕτω μὲν δὴ διακείμενοι πάντες ἀνεπαύοντο.

Ἦν δέ τις ἐν τῇ στρατιᾷ Ξενοφῶν Ἀθηναῖος, ὃς οὔτε στρατηγὸς οὔτε λοχαγὸς οὔτε στρατιώτης ὢν συνηκολούθει, ἀλλὰ Πρόξενος αὐτὸν μετεπέμψατο οἰκοθεν ξένος ὢν ἀρχαῖος. [...] ἐπεὶ δὲ ἀπορία ἦν, ἐλυπεῖτο μὲν σὺν τοῖς ἄλλοις καὶ οὐκ ἐδύνατο καθεῦδειν· μικρὸν δ' ὕπνου λαχὼν εἶδεν ὄναρ. ἔδοξεν αὐτῷ βροντῆς γενομένης σκηπτὸς πεσεῖν εἰς τὴν πατρῴαν οἰκίαν, καὶ ἐκ τούτου λάμπεσθαι πᾶσα. περίφοβος δ' εὐθύς ἀνηγέρθη, καὶ τὸ ὄναρ τῇ μὲν ἔκρινεν ἀγαθόν, ὅτι ἐν πόνοις ὢν καὶ κινδύνοις φῶς μέγα ἐκ Διὸς ἰδεῖν ἔδοξε· τῇ δὲ καὶ ἐφοβεῖτο, ὅτι ἀπὸ Διὸς μὲν βασιλέως τὸ ὄναρ ἐδόκει αὐτῷ εἶναι, κύκλῳ δὲ ἐδόκει λάμπεσθαι τὸ πῦρ, μὴ οὐ δύναίτο ἐκ τῆς χώρας ἐξελθεῖν τῆς βασιλέως, ἀλλ' εἰργόιτο πάντοθεν ὑπὸ τινων ἀποριῶν. ὁποῖόν τι μὲν δὴ ἐστὶ τὸ τοιοῦτον ὄναρ ἰδεῖν ἔξεστι σκοπεῖν ἐκ τῶν συμβάντων μετὰ τὸ ὄναρ. γίγνεται γὰρ τάδε. εὐθύς ἐπειδὴ ἀνηγέρθη πρῶτον μὲν ἐννοία αὐτῷ ἐμπίπτει· τί κατάκειμαι; ἡ δὲ νύξ προβαίνει· ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ εἰκὸς τοὺς πολεμίους ἦξειν. εἰ δὲ γενησόμεθα ἐπὶ βασιλεῖ, τί ἐμποδὼν μὴ οὐχὶ πάντα μὲν τὰ χαλεπώτατα ἐπιδόντας, πάντα δὲ τὰ δεινότατα παθόντας ὑβρίζομένους ἀποθανεῖν; ὅπως δ' ἀμυνούμεθα οὐδεὶς παρασκευάζεται οὐδὲ ἐπιμελεῖται, ἀλλὰ κατακείμεθα ὥσπερ ἐξὸν ἡσυχίαν ἄγειν. ἐγὼ οὖν τὸν ἐκ ποίας πόλεως στρατηγὸν προσδοκῶ ταῦτα πράξειν; ποῖαν δ' ἡλικίαν ἐμαυτῷ ἐλθεῖν ἀναμείνω; οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔτι πρεσβύτερος ἔσομαι, ἐὰν τήμερον προδῶ ἐμαυτὸν τοῖς πολεμίοις. ἐκ τούτου ἀνίσταται καὶ συγκαλεῖ τοὺς Πρόξενου πρῶτον λοχαγούς. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, ἔλεξεν· Ἐγώ, ὦ ἄνδρες λοχαγοί, οὔτε καθεῦδειν δύναμαι, ὥσπερ οἶμαι οὐδ' ὑμεῖς, οὔτε κατακεῖσθαι ἔτι, ὁρῶν ἐν οἴοις ἐσμέν. οἱ μὲν γὰρ πολέμιοι δῆλον ὅτι οὐ πρότερον πρὸς ἡμᾶς τὸν πόλεμον ἐξέφηναν πρὶν ἐνόμισαν καλῶς τὰ ἑαυτῶν παρασκευάσασθαι, ἡμῶν δ' οὐδεὶς οὐδὲν ἀντεπιμελεῖται ὅπως ὥς κάλλιστα ἀγωνιούμεθα. καὶ

μήν εἰ ὑψησόμεθα καὶ ἐπὶ βασιλεῖ γενησόμεθα, τί οἰόμεθα πείσεσθαι; ὅς καὶ τοῦ ὁμομητρίου ἀδελφοῦ καὶ τεθνηκότος ἤδη ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν χεῖρα ἀνεσταύρωσεν· ἡμᾶς δέ, οἷς κηδεμῶν μὲν οὐδεὶς πάρεστιν, ἐστρατεύσαμεν δὲ ἐπ' αὐτὸν ὡς δοῦλον ἀντὶ βασιλέως ποιήσοντες καὶ ἀποκτενοῦντες εἰ δυναίμεθα, τί ἂν οἰόμεθα παθεῖν; [...] ἐπεὶ μέντοι ἐκεῖνοι ἔλυσαν τὰς σπονδάς, λελύσασθαι μοι δοκεῖ καὶ ἡ ἐκείνων ὕβρις καὶ ἡ ἡμετέρα ὑποψία. ἐν μέσῳ γὰρ ἤδη κεῖται ταῦτα τὰ ἀγαθὰ ἄθλα ὁπότεροι ἂν ἡμῶν ἄνδρες ἀμείνονες ὦσιν, ἀγωνοθέται δ' οἱ θεοὶ εἰσιν, οἱ σὺν ἡμῖν, ὡς τὸ εἰκός, ἔσονται. οὗτοι μὲν γὰρ αὐτοὺς ἐπιωρκήκασιν· ἡμεῖς δὲ πολλὰ ὀρῶντες ἀγαθὰ στεργῶς αὐτῶν ἀπειχόμεθα διὰ τοὺς τῶν θεῶν ὅρκους· ὥστε ἐξεῖναί μοι δοκεῖ ἵεναι ἐπὶ τὸν ἀγῶνα πολὺ σὺν φρονήματι μείζονι ἢ τούτοις. ἔτι δ' ἔχομεν σώματα ἱκανώτερα τούτων καὶ ψυχὴ καὶ θάληπ καὶ πόνους φέρειν· ἔχομεν δὲ καὶ ψυχὰς σὺν τοῖς θεοῖς ἀμείνονας· οἱ δὲ ἄνδρες καὶ τρωτοὶ καὶ θνητοὶ μᾶλλον ἡμῶν, ἣν οἱ θεοὶ ὥσπερ τὸ πρόσθεν νίκην ἡμῖν διδῶσιν. ἀλλ' ἴσως γὰρ καὶ ἄλλοι ταῦτα ἐνθυμοῦνται, πρὸς τῶν θεῶν μὴ ἀναμένωμεν ἄλλους ἐφ' ἡμᾶς ἐλθεῖν παρακαλοῦντας ἐπὶ τὰ κάλλιστα ἔργα, ἀλλ' ἡμεῖς ἄρξωμεν τοῦ ἐξορμῆσαι καὶ τοὺς ἄλλους ἐπὶ τὴν ἀρετὴν· φάνητε τῶν λοχαγῶν ἄριστοι καὶ τῶν στρατηγῶν ἀξιοστρατηγότεροι. καὶ γὰρ δέ, εἰ μὲν ὑμεῖς ἐθέλετε ἐξορμᾶν ἐπὶ ταῦτα, ἔπεσθαι ὑμῖν βούλομαι, εἰ δ' ὑμεῖς τάττετ' ἐμὲ ἡγεῖσθαι, οὐδὲν προφασίζομαι τὴν ἡλικίαν, ἀλλὰ καὶ ἀκμάζειν ἡγοῦμαι ἐρύκειν ἀπ' ἐμαντοῦ τὰ κακά.

Ὁ μὲν ταῦτ' ἔλεξεν, οἱ δὲ ἀρχηγοὶ ἀκούσαντες ἡγεῖσθαι ἐκέλευον πάντες.

Ex Apuleii Apologia

[4] (1) Audisti ergo paulo prius in principio accusationis ita dici: 'accusamus apud te philosophum formonsum et tam Graece quam Latine' _ pro nefas! _ 'disertissimum.'

(2) Nisi fallor enim, his ipsis uerbis accusationem mei ingressus est Tannonius Pudens, homo uere ille quidem non disertissimus.

(3) Quod utinam tam grauia formae et facundiae crimina uere mihi opprobasset! Non difficile ei respondissem quod <H>omericus Alexander Hectori:

οὐ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,

ὅσσα κεν αὐτοὶ δῶσιν, ἐκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἔλοιτο

(5) munera deum gloriosissima nequaquam aspernanda; quae tamen ab ipsis tribui sueta multis uolentibus non obtingunt. Haec ego de forma respondissem.

(6) Praeterea: licere etiam philosophis esse uoltu liberali. (7) Pythagoram, qui primum se esse philosophum nuncuparit, eum sui saeculi excellentissima forma fuisse; (8) item Zenonem illum antiquum Velia oriundum, qui primus omnium sollertissimo artificio ambifariam dissoluerit, eum quoque Zenonem longe decorissimum fuisse, ut Plato autumat; (9) itemque multos philosophos ab ore honestissimos memoriae prodi, qui gratiam corporis morum honestamentis ornauerint.

(10) Sed haec defensio, ut dixi, aliquam multum a me remota est, cui praeter formae mediocritatem continuatio etiam litterati laboris omnem gratiam corpore deterget, habitudinem tenuat, sucum exsorbet, colorem obliterat, uigorem debilitat. (11) Capillus ipse, quem isti aperto mendacio ad lenocinium decoris promissum dixere, uides quam sit amoenus ac delicatus: (12) horrore implexus atque impeditus, stuppeo tomento adsimilis et inaequaliter hirtus et globosus et congestus, prorsum inenodabilis diutina incuria non modo comendi, sed saltem expediendi et discriminandi. (13) Satis, ut puto, crinium crimen, quod illi quasi capitale intenderunt, refutatur.

[5] (1) De eloquentia uero, si qua mihi fuisset, neque mirum, neque inuidiosum deberet uideri, si ab ineunte aeuo unis studiis litterarum ex summis uiribus deditus omnibus aliis spretis uoluptatibus ad hoc aeui haud sciam anne super omnes homines impenso labore diuque noctuque cum despectu et dispendio bonae uoletudinis eam quaesissem. (2) Sed nihil ab eloquentia metuant, quam ego, si quid omnino promoui, potius spero quam praesto.

(3) Sane quidem, si uerum est quod Statium Caecilium in suis poematibus scripsisse dicunt, innocentiam eloquentiam esse, ego uero profiteor ista ratione ac praefero me nemini omnium de eloquentia concessurum. (4) Quis enim me hoc quidem pacto eloquentior uiuat, quippe qui nihil unquam cogitaui quod eloqui non auderem? (5) Eundem me aio facundissimum esse, nam omne peccatum semper nefas habui; eundem disertissimum, quod nullum meum factum uel dictum extet, de quo di<s>erere publice non possim (6) ita, ut iam de uorsibus dis<s>ertabo quos a me factos quasi pudendos protulerunt, cum quidem me animaduertisti cum risu illis suscensentem, quod eos absone et indocte pronuntiarent.

[6] (1) Primo igitur legerunt e ludicris meis epistolum de dentificio uersibus scriptum ad quendam Calpurnianum, qui cum aduersum me eas litteras promeret, non uidit profecto cupiditate laedendi, si quid mihi ex illis fieret criminosum, id mihi

secum esse commune. (2) Nam petisse eum a me aliquid tersui dentibus uersus testantur:

(3) Calpurniane, salue properis uersibus.

Misi, ut petisti, <tibi> munditias dentium,
nitelas oris ex Arabicis frugibus,
tenuem, candificum, nobilem puluisculum,
complanatorem tumidulae gingiuulae,
conuerritorem pridianae reliquiae,
ne qua uisatur tetra labes sordium,
restrictis forte si labellis riseris.

(4) Quaeso, quid habent isti uersus re aut uerbo pudendum, quid omnino quod philosophus suum nolit uideri? (5) Nisi forte in eo reprehendendus sum, quod Calpurniano puluisculum ex Arabicis frugibus miserim, quem multo aequius erat spurcissimo ritu Hiberorum, ut ait Catullus, sua sibi urina 'dentem atque russam pumicare gingiuam.'

[7] (1) Vidi ego dudum uix risum quosdam tenentis, cum munditias oris uidelicet orator ille aspere accusaret et dentifricium tanta indignatione pronuntiaret, quanta nemo quisquam uenenum.

(2) Quidni? Crimen haud contemnendum philosopho, nihil in se sordidum sinere, nihil uspiam corporis apertum immundum pati ac fetulentum, (3) praesertim os, cuius in propatulo et conspicuo usus homini creberrimus, siue ille cuipiam osculum ferat seu cum qui[c]quam sermocinetur siue in auditorio dissertet siue in templo preces alleget. (4) Omnem quippe hominis actum sermo praeit, qui, ut ait poeta praecipuus, dentium muro proficiscitur. (5) Dares nunc aliquem similiter grandiloquum: diceret suo more cum primis cui ulla fandi cura sit impensius cetero corpore os colendum, quod esset animi uestibulum et orationis ianua et cogitationum comitium. (6) Ego certe pro meo captu dixerim nihil minus quam oris illuuiem libero et liberali uiro competere. (7) Est enim ea pars hominis loco celsa, uisu prompta, usu facunda. Nam quidem feris et pecudibus os humile *est* et deorsum ad pedes deiectum, uestigio et pabulo proximum; nunquam ferme nisi mortuis aut ad morsum exasperatis conspicitur. Hominis uero nihil prius tacentis, nihil saepius loquentis contemplare.

[8] (1) Velim igitur censor meus Aemilianus respondeat, unquamne ipse soleat pedes lauare; uel, si id non negat, contendat maiorem curam munditiarum pedibus quam dentibus inpertiendam. (2) Plane quidem, si quis ita ut tu, Aemiliane, nunquam ferme os suum nisi maledictis et calumniis aperiat, censeo ne ulla cura os percolat neque ille exotico puluere dentis emaculet, quos iustius carbone de rogo obtulerit, neque saltem communi aqua perluat. (3) Quin ei nocens lingua mendaciorum et amaritudinum praeministra semper in fetutinis et olenticetis suis iaceat. (4) Nam quae, malum, ratio est linguam mundam et laetam, uocem contra spurcam et tetram possidere, uiperarum ritu niueo denticulo atrum uenenum inspirare? (5) Ceterum qui sese sciat <o>rationem prompturum neque inutilem neque iniucundam, eius merito os, ut bono potui poculum, praelauitur.

(6) Et quid ego de homine nato diutius? Belua immanis, crocodillus ille qui in Nilo gignitur, ea quoque, ut comperior, purgandos sibi dentis innoxio hiatu praebet. (7)

Nam quod est ore amplo, set elingui et plerumque in aqua recluso, multae *hiru[n]dines* dentibus implectuntur. Eas illi, cum egressus in praeripia fluminis hiauit, una ex auibus fluuiialibus amica auis iniecto rostro sine noxae periculo exculpit.

[9] (1) Mitto haec. Venio ad ceteros uorsus ut illi uocant amatorios, quos tamen tam dure et rustice legere, ut odium mouerent. (2) Sed quid ad magica maleficia, quod ego pueros Scriboni Laeti, amici mei, carmine laudaui? (3) An ideo magus, quia poeta? Quis unquam fando audiuit tam similem suspicionem, tam aptam coniecturam, tam proximum argumentum? (4) 'Fecit uorsus Apuleius.' Si malos, crimen est, nec id tamen philosophi, sed poetae; sin bonos, quid accusas? (5) 'At enim ludicros et amatorios fecit.' Num ergo haec sunt crimina mea, et nomine erratis, qui me magiae detulistis?

(6) Fecere tamen et alii talia, etsi uos ignoratis: apud Graecos Teius quidam et Lacedaemonius et Ciu[i]s cum aliis innumeris, (7) etiam mulier Lesbica, lasciuie illa quidem tantaque gratia, ut nobis insolentiam linguae suae dulcedine carminum commendet; (8) apud nos uero Aedituus et Porcius et Catulus, isti quoque cum aliis innumeris. (9) 'At philosophi non fuere.' Num igitur etiam Solonem fuisse serium uirum et philosophum negabis, cuius ille lasciuissimus uersus est:

μηρῶν ἰμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος?

(10) Et quid tam petulans habent omnes uersus mei, si cum isto uno contendantur, (11) ut taceam scripta Diogenis Cynici et Zenonis Stoicae sectae conditoris, id genus plurima?

(2) Hic illud etiam reprehendi animaduertisti, quod, cum aliis nominibus pueri uocentur, ego eos Charinum et Critian appellitarim. (3) Eadem igitur opera accusent C. Catul<u>m, quod Lesbiam pro Clodia nominarit, et Tigidam similiter, quod quae Metella erat Perillam scripserit, et Propertium, qui Cunthiam dicat, Hostiam dissimulet, et Tibullum, quod ei sit Plania in animo, Delia in uersu. (4) Et quidem C. Lucilium, quanquam sit iambicus, tamen improbarim, quod Gentium et Macedonem pueros directis nominibus carmine suo prostituerit. (5) Quanto modestius tandem Mantuanus poeta, qui itidem ut ego puerum amici sui Pollionis bucolico ludicro laudans et abstinens nominum sese quidem Corydonem, puerum uero Alexin uocat.

(5) Sequitur enim de speculo longa illa et censoria oratio, de quo pro rei atrocitate paene diruptus est Pudens clamitans: 'Habet speculum philosophus! Possidet speculum philosophus!' (6) Vt igitur habere concedam _ ne aliquid obiecisce te credas, si negaro _ non tamen ex eo accipi me necesse est exornari quoque ad speculum solere. (7) Quid enim? Si choragium thymelicum possiderem, num ex eo argumentarere etiam uti me consuesse tragoedi[i] syrmate, histrionis crocota, _ orgia, mimi centunculo? Non opinor. Nam et contra plurimis rebus possessu careo, usu fruor.

(8) Quod si neque habere utendi argumentum est neque non utendi non habere, et speculi non tam possessio culpatur quam inspectio, illud etiam docear necesse est, quando et quibus praesentibus in speculum inspexerim, quoniam ut res est, magis piaculum decernis speculum philosopho quam Cereris mundum profano uidere.

[14] (1) Cedo nunc, si et inspexisse me fateor, quod tandem crimen est *imaginem* suam nosse eamque non uno loco conditam, sed quoquo uelis paruo speculo promptam gestare? (2) An tu ignoras nihil esse aspectabilius homini nato quam formam suam? Equidem scio et filiorum cariores esse qui similes uidentur et publicitus simulacrum suum cuique, quod uideat, pro meritis praemio tribui. (3) Aut quid sibi statuae et *imagines* uariis artibus effigatae uolunt? Nisi forte quod artificio elaboratum laudabile habetur, hoc natura oblatum culpabile iudicandum est, cum sit in ea uel magis miranda et facilitas et similitudo.

(4) Quippe in omnibus manu faciundis *imaginibus* opera diutino sumitur, neque tamen similitudo aequae ut in speculis comparet. (5) Deest enim et luto uigor et saxo color et picturae rigor et motus omnibus, qui praecipua fide similitudinem repraesentat, cum in eo uisitur *imago* mire relata, ut similis, ita mobilis et ad omnem nutum hominis sui morigera. (6) Eadem semper contemplantibus aequa est ab ineunte pueritia ad obeuntem senectam, tot aetatis uices induit, tam uarias habitudines corporis participat, tot uultus eiusdem laetantis uel dolentis imitatur. (7) Enimvero quod luto fictum uel aere infusum uel lapide incussum uel cera inustum uel pigmento illitum uel alio quopiam humano artificio adsimulatum est, non multa intercapedine temporis dissimile redditur et ritu cadaueris unum uultum et immobilem possidet. (8) Tantum praestat *imaginis* artibus ad similitudinem referendum leuitas illa speculi fabra et splendor opifex.

[15] (1) Aut igitur unius Hagesilai Lacedaemonii sententia nobis sequenda est, qui se neque pingi neque fingi unquam diffidens formae suae passus est, (2) aut si mos omnium ceterorum hominum retinendus uidetur in statu et *imaginibus* non repudiandis, cur existimes *imaginem* suam cuique uisendam potius in lapide quam in argento, magis in tabula quam in speculo?

(3) An turpe arbitraris formam suam spectaculo assiduo explorare? (4) An non Socrates philosophus ultro etiam suasisse fertur discipulis suis, crebro ut semet in speculo contemplarentur, (5) ut qui eorum foret pulchritudine sibi complacitus, impendio procuraret ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret, (6) qui uero minus se commendabilem forma putaret, sedulo operam daret ut uirtutis laude turpitudinem tegeret? (6) Adeo uir omnium sapientissimus speculo etiam ad disciplinam morum utebatur. (8) Demost^{<h>}enen uero, primum dicendi artificem, quis est qui non sciat semper ante speculum quasi ante magistrum causas meditari? (9) Ita ille summus orator cum a Platone philosopho facundiam ^{<h>}ausisset, ab Ebulide dialectico argumentationes edidicisset, nouissimam pronuntiandi congruentiam ab speculo petiuit. (10) Vtrum igitur putas maiorem curam decoris in adseueranda oratione suscipiendam rhetori iurganti an philosopho obiurganti, apud iudices sorte ductos paulisper disceptanti an apud omnes homines semper disserenti, de finibus agrorum litiganti an de finibus bonorum et malorum docenti?

(11) Quid quod nec ob haec debet tantummodo philosophus speculum inuisere? (12) Nam saepe oportet non modo similitudinem suam, uerum etiam ipsius similitudinis rationem considerare: num, ut ait Epicurus, profectae a nobis *imagines* uelut quaedam exuuiarum iugi fluere a corporibus manantes, cum leue aliquid et solidum offenderunt, illisae reflectantur et retro expressae contrauersim respondeant; (13) an, ut alii

philosophi disputant, radii nostri seu mediis oculis proliquati et lumini extrario mixti atque ita uniti, ut Plato arbitratur, (14) seu tantum oculis profecti sine ullo foris amminiculo, ut Archytas putat, seu intentu aëris facti, ut Stoici rentur, (15) cum alicui corpori inciderunt spisso et splendido et leui, paribus angulis quibus inciderant resultent ad faciem suam reduces atque ita, quod extra tangant ac uisant, id intra speculum imaginentur.

[16] (1) Videturne uobis debere philosophia haec omnia uestigare et inquirere et cuncta specula uel uda uel suda [soli] uidere? (2) Quibus praeter ista quae dixi etiam illa ratiocinatio necessaria est, cur in planis quidem speculis ferme pares optutus et imagines uideantur, <in> tumidis uero et globosis omnia defectiora, at contra in cauis auctiora; (3) ubi et cur laeua cum dexteris permutentur; quando se imago eodem speculo tum recondat penitus, tum foras exerat; (4) cur caua specula, si exaduersum soli retineantur, appositum fomitem accendant; (5) qui fiat ut arcus in nubibus uarie, duo[s] soles aemula similitudine uisantur, alia praeterea eiusdem modi plurima, (6) quae tractat uolumine ingenti Archimedes Syracusanus, uir in omni quidem geometria multum ante alios admirabilis subtilitate, sed haud sciam an propter hoc uel maxime memorandus, quod inspexerat speculum saepe ac diligenter.

(7) Quem tu librum, Aemiliane, si nosses ac non modo campo et glebis, uerum etiam abaco et puluisculo te dedisses, mihi istud crede, quanquam teterrimum os tuum minimum a Thyesta tragico demutet, tamen profecto discendi cupidine speculum inuiseres et aliquando relicto aratro mirarere tot in facie tua sulcos rugarum.

(8) At ego non mirer, si boni consulis me de isto distortissimo uultu tuo dicere, de moribus tuis multo truculentioribus reticere. (9) Ea res est: praeter quod non sum iurgiosus, etiam libenter te nuper usque albus an ater esses ignorauit, et adhuc <h>eracle non satis noui. (10) Id adeo factum, quod et tu rusticando obscurus es et ego discendo occupatus. (11) Ita et tibi umbra ignobilitatis a probatore obstitit, et ego numquam studui male facta cuiusquam cognoscere, sed semper potius duxi mea peccata tegere quam aliena indagare. (12) Igitur hoc mihi aduersum te usu uenit, quod qui forte constitit in loco lumine conlustrato atque eum alter e tenebris prospectat. (13) Nam ad eundem modum tu quidem, quid ego in propatulo et celebri agam, facile e tenebris tuis arbitraris, cum ipse humilitate abdita et lucifuga non sis mihi mutuo conspicuus.

[17] (1) Ego adeo seruusne tu habeas ad agrum colendum an ipse mutuarias operas cum uicinis tuis cambies, neque scio neque laboro. (2) At tu me scis eadem die tris Oeae manu misisse, idque mihi patronus tuus inter cetera a te sibi edita obiecit, quanquam modico prius dixerat me uno seruo comite Oeam uenisse. (3) Quod quidem uelim mihi respondeas, qui potuerim ex uno tris manu mittere, nisi si et hoc magicum est. (4) Tantamne esse mentiendi caecitatem dicam an consuetudinem? 'Venit Apuleius Oeam cum uno seruo'; dein pauculis uerbis intergarritis: 'Apuleius Oeae una die tris manu misit.' (5) Ne illud quidem credibile fuisset, cum tribus uenisse, omnes liberasse. Quod tamen si ita fecissem, cur potius tris seruos inopiae signum putares quam tris libertos opulentiae?

ΠΕΡΙ ΛΑΜΙΑΣ ΕΚ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΣ ΤΟΝ ΤΥΑΝΕΑ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΝ (1.1.1 -1 καὶ 1. 5 -4. 25)

Ἀπολλωνίῳ τοίνυν πατρὶς μὲν ἦν Τύανα πόλις Ἑλλάς ἐν τῷ Καππαδοκῶν ἔθνει, πατὴρ δὲ ὁμώνυμος, γένος ἀρχαῖον καὶ τῶν οἰκιστῶν ἀνημμένον, πλούτος ὑπὲρ τοὺς ἐκεῖ, τὸ δὲ ἔθνος βαθύ. κυούσῃ δὲ αὐτὸν τῇ μητρὶ φάσμα ἦλθεν Αἰγυπτίου δαίμονος ὁ Πρωτεὺς ὁ παρὰ τῷ Ὀμήρῳ ἐξαλλάττων· ἡ δὲ οὐδὲν δέισασα ἤρετο αὐτόν, τί ἀποκυήσοι· ὁ δὲ “ἐμέ” εἶπε. “σὺ δὲ τίς;” εἰπούσης “Πρωτεὺς” ἔφη “ὁ Αἰγύπτιος θεός”. ὅστις μὲν δὴ τὴν σοφίαν ὁ Πρωτεὺς ἐγένετο, τί ἂν ἐξηγοίμην τοῖς γε ἀκούουσι τῶν ποιητῶν, ὥς ποικίλος τε ἦν καὶ ἄλλοτε ἄλλος καὶ κρείττων τοῦ ἁλῶναι, γινώσκειν τε ὥς ἐδόκει καὶ προγινώσκειν πάντα; καὶ μεμνήσθαι χρὴ τοῦ Πρωτέως, μάλιστα ἐπειδὰν προῖων ὁ λόγος δεικνύῃ τὸν ἄνδρα πλείω μὲν ἢ ὁ Πρωτεὺς προγνόντα, πολλῶν δὲ ἀπόρων τε καὶ ἀμηχάνων κρείττω γενόμενον ἐν αὐτῷ μάλιστα τῷ ἀπειλῆσθαι. τεχθῆναι δὲ ἐν λειμῶνι λέγεται, πρὸς ᾧ νῦν τὸ ἱερὸν αὐτῷ ἐκπεπόνηται. καὶ μηδὲ ὁ τρόπος ἀγνοεῖσθω, ὃν ἀπετέχθη· ἀγούσῃ γὰρ τῇ μητρὶ τόκου ὥραν ὄναρ ἐγένετο βαδίσαι ἐς τὸν λειμῶνα καὶ ἄνθη κεῖραι, καὶ δῆτα ἀφικομένη αἰ μὲν δμῳαὶ προσεῖχον τοῖς ἄνθεσιν ἐσκεδασμέναι κατὰ τὸν λειμῶνα, αὐτὴ δὲ ἐς ὕπνον ἀπήχθη κλιθεῖσα ἐν τῇ πόα. κύκνοι τοίνυν, οὓς ὁ λειμῶν ἔβροσκε, χορὸν ἐστήσαντο περὶ αὐτὴν καθεύδουσιν, καὶ τὰς πτέρυγας, ὥσπερ εἰώθασιν, ἄραντες ἀθρόον ἤχησαν, καὶ γὰρ τι καὶ ζεφύρου ἦν ἐν τῷ λειμῶνι, ἡ δὲ ἐξέθορέ τε ὑπὸ τῆς ὥδης καὶ ἀπέτεκεν, ἱκανὴ δὲ πᾶσα ἐκπληξίς μαιεύσασθαι καὶ πρὸ τῆς ὥρας. οἱ δὲ ἐγχώριοί φασιν, ὥς ὁμοῦ τε τίκτοιο καὶ σκηπτὸς ἐν τῇ γῇ πεσεῖσθαι δοκῶν ἐμμετεωρισθεῖν τῷ αἰθέρι καὶ ἀφανισθεῖν ἄνω, τό, οἶμαι, ἐκφανὲς καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ ἐν τῇ γῇ καὶ τὸ ἀγχοῦ θεῶν καὶ ὅποσα ὅδε ὁ ἀνὴρ ἐγένετο, φαίνοντες οἱ θεοὶ καὶ προσημαίνοντες.

...

Μένιππος ἦν ὁ Λύκιος ἔτη μὲν γεγονῶς πέντε καὶ εἴκοσι, γνώμης δὲ ἱκανῶς ἔχων καὶ τὸ σῶμα εὖ κατεσκευασμένος, ἐφκει γοῦν ἀθλητῇ καλῷ καὶ ἐλευθερίῳ τὸ εἶδος. ἐρᾶσθαι δὲ τὸν Μένιππον οἱ πολλοὶ ᾤοντο ὑπὸ γυναιίου ξένου, τὸ δὲ γύναιον καλὴ τε ἐφαίνετο καὶ ἱκανῶς ἀβρὰ καὶ πλουτεῖν ἔφασκεν, οὐδὲν δὲ τούτων ἄρα ἀτεχνῶς ἦν, ἀλλὰ ἐδόκει πάντα. κατὰ γὰρ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Κεγχρεᾶς βαδίζοντι αὐτῷ μόνῳ φάσμα ἐντυχὸν γυνή τε ἐγένετο καὶ χεῖρα ξυνῆψεν ἐρᾶν αὐτοῦ πάλαι φάσκουσα, Φοίνισσα δὲ εἶναι καὶ οἰκεῖν ἐν προαστείῳ τῆς Κορίνθου, τὸ δεῖνα εἰπούσα προάστειον, “ἐς ὃ ἔσπερας” ἔφη “ἀφικομένῳ σοι ὥδῃ τε ὑπάρξει ἐμοῦ ἀδούσης καὶ οἶνος, οἶον οὐπω ἔπιες, καὶ οὐδὲ ἀντεραστῆς ἐνοχλήσει σε, βιώσομαι δὲ καλὴ ξὺν καλῷ.” τούτοις ὑπαχθεὶς ὁ νεανίας, τὴν μὲν γὰρ ἄλλην φιλοσοφίαν ἔρωτο, τῶν δὲ ἐρωτικῶν ἡττητο, ἐφοίτησε περὶ

ἐσπέραν αὐτῇ καὶ τὸν λοιπὸν χρόνον ἐθάμιζεν, ὥσπερ παιδικοῖς, οὐπω
ξυνεῖς τοῦ φάσματος. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ἀνδριαντοποιοῦ δίκην ἐς τὸν
Μένιππον βλέπων ἐζωγράφει τὸν νεανίαν καὶ ἐθεώρει, καταγνοὺς δὲ
αὐτὸν “σὺ μέντοι” εἶπεν “ὁ καλὸς τε καὶ ὑπὸ τῶν καλῶν γυναικῶν
θηρευόμενος ὄφιν θάλπεις καὶ σὲ ὄφεις.” θαυμάσαντος δὲ τοῦ Μένιππου
“ὅτι γυνή σοι” ἔφη “ἐστὶν οὐ γαμετή. τί δέ; ἡγῇ ὑπ’ αὐτῆς ἐρᾶσθαι; “νὴ
Δί,” εἶπεν “ἐπειδὴ διάκειται πρὸς με ὡς ἐρῶσα.” “καὶ γήμαις δ’ ἂν αὐτήν;”
ἔφη. “χαρίεν γὰρ ἂν εἴη τὸ ἀγαπῶσαν γῆμαι.” ἤρετο οὖν “πηνίκα οἱ
γάμοι;” “θερμοὶ” ἔφη “καὶ ἴσως αὖριον.” ἐπιφυλάξας οὖν τὸν τοῦ
συμποσίου καιρὸν ὁ Ἀπολλώνιος καὶ ἐπιστὰς τοῖς δαιτυμόσιν ἄρτι ἤκουσι
“ποῦ” ἔφη “ἡ ἀβρά, δι’ ἣν ἤκετε;” “ἐνταῦθα” εἶπεν ὁ Μένιππος καὶ ἅμα
ὑπανίστατο ἐρυθριῶν. “ὁ δὲ ἄργυρος καὶ ὁ χρυσὸς καὶ τὰ λοιπά, οἷς ὁ
ἀνδρῶν κεκόσμηται, ποτέρου ὑμῶν;” “τῆς γυναικός,” ἔφη “τάμα γὰρ
τοσαῦτα” δείξας τὸν ἑαυτοῦ τριβωνα. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος “τοὺς Ταντάλου
κήπους” ἔφη “εἶδετε, ὡς ὄντες οὐκ εἰσὶ;” “παρ’ Ὀμήρῳ γε,” ἔφασαν “οὐ
γὰρ ἐς Αἴδου γε καταβάντες.” “τοῦτ’” ἔφη “καὶ τουτονὶ τὸν κόσμον
ἡγεῖσθε, οὐ γὰρ ὕλη ἐστίν, ἀλλὰ ὕλης δόξα. ὡς δὲ γινώσκετε, ὁ λέγω, ἡ
χρηστὴ νύμφη μία τῶν ἐμπουσῶν ἐστίν, ἧς λαμίας τε καὶ μορμουλκίας οἱ
πολλοὶ ἡγοῦνται. ἐρῶσι δ’ αὐταὶ καὶ ἀφροδισίων μὲν, σαρκῶν δὲ μάλιστα
ἀνθρωπείων ἐρῶσι καὶ παλεύουσι τοῖς ἀφροδισίοις, οὓς ἂν ἐθέλωσι
δαίσασθαι.” ἡ δὲ “εὐφήμει” ἔλεγε “καὶ ἅπαγε” καὶ μυσάττεσθαι ἐδόκει, ἃ
ἤκουε, καὶ πού καὶ ἀπέσκωπτε τοὺς φιλοσόφους, ὡς αἰεὶ ληροῦντας. ἐπεὶ
μέντοι τὰ ἐκπώματα τὰ χρυσᾶ καὶ ὁ δοκῶν ἄργυρος ἀνεμιαῖα ἠλέγχθη καὶ
διέπτῃ τῶν ὀφθαλμῶν ἅπαντα οἰνοχόοι τε καὶ ὀψοποιοὶ καὶ ἡ τοιαύτη
θεραπεία πᾶσα ἠφανίσθησαν ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ Ἀπολλωνίου,
δακρύοντι ἐώκει τὸ φάσμα καὶ ἐδεῖτο μὴ βασανίζειν αὐτό, μὴδὲ
ἀναγκάζειν ὁμολογεῖν, ὃ τι εἴη, ἐπικειμένου δὲ καὶ μὴ ἀνιέντος ἔμπουςά
τε εἶναι ἔφη καὶ πιαίνειν ἡδοναῖς τὸν Μένιππον ἐς βρῶσιν τοῦ σώματος,
τὰ γὰρ καλὰ τῶν σωμάτων καὶ νέα σιτεῖσθαι ἐνόμιζεν, ἐπειδὴ ἀκραιφνὲς
αὐτοῖς τὸ αἷμα. τοῦτον τὸν λόγον γνωριμώτατον τῶν Ἀπολλωνίου
τυγχάνοντα ἐξ ἀνάγκης ἐμήκυνα, γινώσκουσι μὲν γὰρ πλείους αὐτόν,
ἅτε καθ’ Ἑλλάδα μέσσην πραχθέντα, ξυλλήβδην δὲ αὐτὸν παρειλήφασιν,
ὅτι ἔλοι ποτὲ ἐν Κορίνθῳ λάμιαν, ὃ τι μέντοι πράττουσαν καὶ ὅτι ὑπὲρ
Μενίππου, οὐπω γινώσκουσιν, ἀλλὰ Δάμιδί τε καὶ ἐκ τῶν ἐκείνου λόγων
ἐμοὶ εἴρηται.

Ex Augustini confessionibus

VIII. 11. 25. Sic aegrotabam et excruciar accūsans memetipsum solito acerbius nimis ac volvens et versans me in vinculo meo, donec abrumperetur totum, quo iam exiguo tenebar. Sed tenebar tamen. Et instabas tu in occultis meis, Domine, severa misericordia flagella ingeminans timoris et pudoris, ne rursus cessarem et non abrumperetur id ipsum exiguum et tenue, quod remanserat, et revaleretur iterum et me robustius alligaret. Dicebam enim apud me intus: "Ecce modo fiat, modo fiat", et cum verbo iam ibam in placitum. Iam paene faciebam et non faciebam nec relabebam tamen in pristina, sed de proximo stabam et respirabam. Et item conabar et paulo minus ibi eram et paulo minus, iam iamque attingebam et tenebam; et non ibi eram nec attingebam nec tenebam, haesitans mori morti et vitae vivere, plusque in me valebat deterius inolitum, quam melius insolitum, punctumque ipsum temporis, quo aliud futurus eram, quanto propius admovebatur, tanto ampliorem incutiebat horrorem; sed non recutiebat retro nec avertebat, sed suspendebat.

VIII. 11. 26. Retinebant nugae nugarum et vanitates vanitantium, antiquae amicae meae, et succutiebant vestem meam carneam et submurmurabant: "Dimittisne nos?" et: "A momento isto non erimus tecum ultra in aeternum", et: "A momento isto non tibi licebit hoc et illud ultra in aeternum". Et quae suggerebant in eo, quod dixi: "hoc et illud", quae suggerebant, Deus meus! Avertat ab anima servi tui misericordia tua! Quas sordes suggerebant, quae dedecora! Et audiebam eas iam longe minus quam dimidiis, non tamquam libere contradicentes eundo in obviam, sed velut a dorso mussitantes et discedentem quasi furtim vellicantes, ut respicerem. Retardabant tamen cunctantem me abripere atque excutere ab eis et transilire quo vocabar, cum diceret mihi consuetudo violenta: "Putasne sine istis poteris?".

VIII. 11. 27. Sed iam tepidissime hoc dicebat. Aperiebatur enim ab ea parte, qua intenderam faciem et quo transire trepidabam, casta dignitas continentiae, serena et non dissolute hilaris, honeste blandiens, ut venirem neque dubitarem, et extendens ad me suscipiendum et amplectendum pias manus plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri et puellae, ibi iuventus multa et omnis aetas et graves viduae et virgines anus, et in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis, sed fecunda mater filiorum gaudiorum de marito te, Domine. Et irridebat me irrisione hortatoria, quasi diceret: "Tu non poteris, quod isti, quod istae? An vero isti et istae in se ipsis possunt ac non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Quid in te stas et non stas? Proice te in eum, noli metuere; non se subtrahet, ut cadas: proice te securus, excipiet et sanabit te". Et erubescēbam nimis, quia illarum nugarum murmura adhuc audiebam, et cunctabundus pendebar. Et rursus illa, quasi diceret: "Obsurdesce adversus immunda illa membra tua super terram, ut mortificentur. Narrant tibi *delectationes*, sed non sicut lex Domini Dei tui". Ista controversia in corde meo non nisi de me ipso adversus me ipsum. At Alypius affixus lateri meo inusitati motus mei exitum tacitus opperiebatur.

VIII. 12. 28. Ubi vero a fundo arcano alta consideratio traxit et congegit totam miseriam meam in conspectu cordis mei, oborta est procella ingens ferens ingentem imbrem lacrimarum. Et ut totum effunderem cum vocibus suis, surrexi ab Alypio (solitudo mihi ad negotium flendi aptior suggerebatur) et secessi remotius, quam ut

posset mihi onerosa esse etiam eius praesentia. Sic tunc eram, et ille sensit; nescio quid enim, puto, dixeram, in quo apparebat sonus vocis meae iam fletu gravidus, et sic surrexeram. Mansit ergo ille ubi sedebamus nimie stupens. Ego sub quadam fici arbore stravi me nescio quomodo et dimisi habenas lacrimis, et proruperunt flumina oculorum meorum, acceptabile sacrificium tuum, et non quidem his verbis, sed in hac sententia multa dixi tibi: *Et tu, Domine, usquequo? Usquequo, Domine, irasceris in finem? Ne memor fueris iniquitatum nostrarum antiquarum.* Sentiebam enim eis me teneri. Iactabam voces miserabiles: "Quamdiu, quamdiu: "cras et cras"? Quare non modo? Quare non hac hora finis turpitudinis meae?"

VIII. 12. 29. Dicebam haec et flebam amarissima contritione cordis mei. Et ecce audio vocem de vicina domo cum cantu dicentis et crebro repetentis quasi pueri an puellae, nescio: "Tolle lege, tolle lege". Statimque mutato vultu intentissimus cogitare coepi, utrumnam solerent pueri in aliquo genere ludendi cantitare tale aliquid, nec occurrebat omnino audisse me uspiam repressoque impetu lacrimarum surrexi nihil aliud interpretans divinitus mihi iuberi, nisi ut aperirem codicem et legerem quod primum caput invenissem. Audieram enim de Antonio, quod ex evangelica lectione, cui forte supervenerat, admonitus fuerit, tamquam sibi diceretur quod legebatur: *Vade, vende omnia, quae habes, da pauperibus et habebis thesaurum in caelis; et veni, sequere me,* et tali oraculo confestim ad te esse conversum. Itaque concitus redii in eum locum, ubi sedebat Alypius; ibi enim posueram codicem Apostoli, cum inde surrexeram. Arripui, aperui et legi in silentio capitulum, quo primum coniecti sunt oculi mei: *Non in comessionibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudiciis, non in contentione et aemulatione, sed induite Dominum Iesum Christum et carnis providentiam ne feceritis in concupiscentiis.* Nec ultra volui legere nec opus erat. Statim quippe cum fine huiusce sententiae quasi luce securitatis infusa cordi meo omnes dubitationis tenebrae diffugerunt.

VIII. 12. 30. Tum interiecto aut digito aut nescio quo alio signo codicem clausi et tranquillo iam vultu indicavi Alypio. At ille quid in se ageretur (quod ego nesciebam) sic indicavit. Petit videre quid legissem: ostendi, et attendit etiam ultra quam ego legeram. Et ignorabam quid sequeretur. Sequebatur vero: *Infirmitatem autem in fide recipite.* Quod ille ad se rettulit mihique aperuit. Sed tali admonitione firmatus est placitoque ac proposito bono et congruentissimo suis moribus, quibus a me in melius iam olim valde longeq̃ distabat, sine ulla turbulenta cunctatione coniunctus est. Inde ad matrem ingredimur, indicamus: gaudet. Narramus, quemadmodum gestum sit: exultat et triumphat et benedicebat tibi, *qui potens es ultra quam petimus et intellegimus facere,* quia tanto amplius sibi a te concessum de me videbat, quam petere solebat miserabilibus flebilibusque gemitibus. Convertisti enim me ad te, ut nec uxorem quaererem nec aliquam spem saeculi huius stans in ea regula fidei, in qua me ante tot annos ei revelaveras, et *convertisti luctum eius in gaudium* multo *uberius,* quam voluerat, et multo carius atque castius, quam de nepotibus carnis meae requirebat.

Από τῆς ζ' ἐπιστολῆς τοῦ Πλάτωνος (324 b. -326. b. καὶ 348.a.5 – 350. b)

Νέος ἐγὼ ποτε ὦν πολλοῖς δὴ ταῦτόν ἔπαθον· ὥθηθην, εἰ θᾶπτον ἐμαυτοῦ γενοίμην κύριος, ἐπὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως εὐθὺς ἰέναι. καὶ μοι τύχαι τινὲς τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων τοιαίδε παρέπεσον. ὑπὸ πολλῶν γὰρ τῆς τότε πολιτείας λοιδορουμένης μεταβολὴ γίγνεται, καὶ τῆς μεταβολῆς εἰς καὶ πεντήκοντά τινες ἄνδρες προύστησαν ἄρχοντες, ἔνδεκα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ – περὶ τε ἀγορὰν ἑκάτεροι τούτων ὅσα τ' ἐν τοῖς ἄστεσι διοικεῖν ἔδει – τριάκοντα δὲ πάντων ἄρχοντες κατέστησαν αὐτοκράτορες. τούτων δὴ τινες οἰκεῖοί τε ὄντες καὶ γνώριμοι ἐτύγχανον ἐμοί, καὶ δὴ καὶ παρεκάλουν εὐθὺς ὡς ἐπὶ προσήκοντα πράγματα με. καὶ ἐγὼ θαυμαστὸν οὐδὲν ἔπαθον ὑπὸ νεότητος· ὥθηθην γὰρ αὐτοὺς ἔκ τινος ἀδίκου βίου ἐπὶ δίκαιον τρόπον ἄγοντας διοικήσειν δὴ τὴν πόλιν, ὥστε αὐτοῖς σφόδρα προσεῖχον τὸν νοῦν, τί πράξοιεν. καὶ ὁρῶν δὴπου τοὺς ἄνδρας ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ χρυσὸν ἀποδείξαντας τὴν ἔμπροσθεν πολιτείαν – τὰ τε ἄλλα καὶ φίλον ἄνδρα ἐμοὶ πρεσβύτερον Σωκράτη, ὃν ἐγὼ σχεδὸν οὐκ ἂν αἰσχυνοίμην εἰπὼν δικαιοτάτον εἶναι τῶν τότε, ἐπὶ τινα τῶν πολιτῶν μεθ' ἑτέρων ἔπεμπον, βία ἄξοντα ὡς ἀποθανούμενον, ἵνα δὴ μετέχοι τῶν πραγμάτων αὐτοῖς, εἴτε βούλοιο εἴτε μή· ὁ δ' οὐκ ἐπέθετο, πᾶν δὲ παρεκινδύνευσεν παθεῖν πρὶν ἀνοσίῳ αὐτοῖς ἔργων γενέσθαι κοινωνός – ἃ δὴ πάντα καθορῶν καὶ εἴ τι' ἄλλα τοιαῦτα οὐ σμικρά, ἐδυσχέρανά τε καὶ ἐμαυτὸν ἐπανήγαγον ἀπὸ τῶν τότε κακῶν. χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ μετέπεσε τὰ τῶν τριάκοντά τε καὶ πᾶσα ἡ τότε πολιτεία· πάλιν δὲ βραδύτερον μὲν, εἴλκεν δέ με ὅμως ἡ περὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ καὶ πολιτικὰ ἐπιθυμία. ἦν οὖν καὶ ἐν ἐκείνοις ἅτε τεταραγμένοις πολλὰ γιγνόμενα ἃ τις ἂν δυσχεράνειεν, καὶ οὐδὲν τι θαυμαστὸν ἦν τιμωρίας ἐχθρῶν γίγνεσθαι τινῶν τισιν μείζους ἐν μεταβολαῖς· καίτοι πολλῇ γε ἐχρήσαντο οἱ τότε κατελθόντες ἐπιεικείᾳ. κατὰ δέ τινα τύχην αὖ τὸν ἐταῖρον ἡμῶν Σωκράτη τοῦτον δυναστεύοντές τινες εἰσάγουσιν εἰς δικαστήριον, ἀνοσικωτάτην αἰτίαν ἐπιβαλόντες καὶ πάντων ἡκιστα Σωκράτει προσήκουσαν· ὡς ἀσεβῇ γὰρ οἱ μὲν εἰσήγαγον, οἱ δὲ κατεψηφίσαντο καὶ ἀπέκτειναν τὸν τότε τῆς ἀνοσίῳ ἀγωγῆς οὐκ ἐθελήσαντα μετασχεῖν περὶ ἓνα τῶν τότε φευγόντων φίλων, ὅτε φεύγοντες ἐδυστύχουν αὐτοί. σκοποῦντι δὴ μοι ταῦτά τε καὶ τοὺς ἀνθρώπους τοὺς πράττοντας τὰ πολιτικά, καὶ τοὺς νόμους γε καὶ ἔθνη, ὅσῳ μᾶλλον διεσκόπουν ἡλικίας τε εἰς τὸ πρόσθε προύβαινον, τοσούτῳ χαλεπώτερον ἐφαίνετο ὀρθῶς εἶναι μοι τὰ πολιτικὰ διοικεῖν· οὔτε γὰρ ἄνευ φίλων ἀνδρῶν καὶ ἐταίρων πιστῶν οἷόν τ' εἶναι πράττειν – οὐς οὐθ' ὑπάρχοντας ἦν εὐρεῖν εὐπετές, οὐ γὰρ ἔτι ἐν τοῖς τῶν πατέρων ἡθεσιν καὶ ἐπιτηδεύμασιν ἡ πόλις ἡμῶν διφκεῖτο, καινούς τε ἄλλους ἀδύνατον ἦν κτᾶσθαι μετὰ τινος ῥαστώνης – τὰ τε τῶν νόμων γράμματα καὶ ἔθνη

διεφθείρετο καὶ ἐπεδίδου θαυμαστὸν ὅσον, ὥστε με, τὸ πρῶτον πολλῆς μεστὸν ὄντα ὁρμῆς ἐπὶ τὸ πράττειν τὰ κοινά, βλέποντα εἰς ταῦτα καὶ φερόμενα ὀρῶντα πάντα πάντως, τελευτῶντα ἱλιγγιάν, καὶ τοῦ μὲν σκοπεῖν μὴ ἀποστήναι μὴ ποτε ἄμεινον ἂν γίγνοιτο περὶ τε αὐτὰ ταῦτα καὶ δὴ καὶ περὶ τὴν πᾶσαν πολιτείαν, τοῦ δὲ πράττειν αὖ περιμένειν ἀεὶ καιροῦς, τελευτῶντα δὲ νοῆσαι περὶ πασῶν τῶν νῦν πόλεων ὅτι κακῶς σύμπασαι πολιτεύονται – τὰ γὰρ τῶν νόμων αὐταῖς σχεδὸν ἀνιάτως ἔχοντά ἐστιν ἄνευ παρασκευῆς θαυμαστῆς τινος μετὰ τύχης – λέγειν τε ἡναγκάσθην, ἐπαινῶν τὴν ὀρθὴν φιλοσοφίαν, ὥς ἐκ ταύτης ἐστὶν τὰ τε πολιτικὰ δίκαια καὶ τὰ τῶν ἰδιωτῶν πάντα κατιδεῖν· κακῶν οὖν οὐ λήξειν τὰ ἀνθρώπινα γένη, πρὶν ἂν ἡ τὸ τῶν φιλοσοφούντων ὀρθῶς γε καὶ ἀληθῶς γένος εἰς ἀρχὰς ἔλθῃ τὰς πολιτικὰς ἢ τὸ τῶν δυναστευόντων ἐν ταῖς πόλεσιν ἐκ τινος μοίρας θείας ὄντως φιλοσοφίῃ.

...

Τῶν δὴ μισθοφόρων τοὺς πρεσβυτέρους Διονύσιος ἐπεχείρησεν ὀλιγομισθοτέρους ποιεῖν παρὰ τὰ τοῦ πατρὸς ἔθῃ, θυμωθέντες δὲ οἱ στρατιῶται συνελέγησαν ἄθροοι καὶ οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψειν. ὁ δ' ἐπεχείρει βιάζεσθαι κλείσας τὰς τῆς ἀκροπόλεως πύλας, οἱ δ' ἐφέροντο εὐθὺς πρὸς τὰ τεῖχη, παιῶνά τινα ἀναβοήσαντες βάρβαρον καὶ πολεμικόν· οὗ δὴ περιδεῆς Διονύσιος γενόμενος ἅπαντα συνεχώρησεν καὶ ἔτι πλείω τοῖς τότε συλληχθεῖσι τῶν πελταστῶν. λόγος δὴ τις ταχὺ διῆλθεν ὥς Ἡρακλείδης αἴτιος εἶη γεγονῶς πάντων τούτων· ὃν ἀκούσας ὁ μὲν Ἡρακλείδης ἐκποδῶν αὐτὸν ἔσχεν ἀφανῇ, Διονύσιος δὲ ἐζήτει λαβεῖν, ἀπορῶν δέ, Θεοδότην μεταπεμψάμενος εἰς τὸν κῆπον – ἔτυχον δ' ἐν τῷ κήπῳ καὶ ἐγὼ τότε περιπατῶν – τὰ μὲν οὖν ἄλλα οὐτ' οἶδα οὐτ' ἤκουον διαλεγομένων, ἃ δὲ ἐναντίον εἶπεν Θεοδότης ἐμοῦ πρὸς Διονύσιον, οἶδά τε καὶ μέμνημαι. “Πλάτων γάρ,” ἔφη, “Διονύσιον ἐγὼ πείθω τουτονί, ἐὰν ἐγὼ γένωμαι δεῦρο Ἡρακλείδην κομίσαι δυνατὸς ἡμῖν εἰς λόγους περὶ τῶν ἐγκλημάτων αὐτῷ τῶν νῦν γεγονότων, ἂν ἄρα μὴ δόξη δεῖν αὐτὸν οἰκεῖν ἐν Σικελίᾳ, τόν τε ὑὸν λαβόντα καὶ τὴν γυναῖκα ἀξιῶ εἰς Πελοπόννησον ἀποπλεῖν, οἰκεῖν τε βλάπτοντα μηδὲν Διονύσιον ἐκεῖ, καρπούμενον δὲ τὰ ἑαυτοῦ. μετεπεμψάμην μὲν οὖν καὶ πρότερον αὐτόν, μεταπέμψομαι δὲ καὶ νῦν, ἄντ' οὖν ἀπὸ τῆς προτέρας μεταπομπῆς ἄντε καὶ ἀπὸ τῆς νῦν ὑπακούσῃ μοι· Διονύσιον δὲ ἀξιῶ καὶ δέομαι, ἂν τις ἐντυγχάνῃ Ἡρακλείδῃ ἐάντ' ἐν ἀγρῷ ἐάντ' ἐνθάδε, μηδὲν ἄλλο αὐτῷ φλαῦρον γίγνεσθαι, μεταστῆναι δ' ἐκ τῆς χώρας, ἕως ἂν ἄλλο τι Διονυσίῳ δόξη. ταῦτα,” ἔφη, “συγχωρεῖς;” λέγων πρὸς τὸν Διονύσιον. “Συγχωρῶ· μηδ' ἂν πρὸς τῇ σῇ,” ἔφη, “φανῇ οἰκία, πείσεσθαι φλαῦρον μηδὲν παρὰ τὰ νῦν εἰρημένα.” τῇ δὴ μετὰ ταύτην τὴν ἡμέραν δείλης Εὐρύβιος καὶ Θεοδότης προσηλθέτην μοι σπουδῇ τεθορυβημένῳ θαυμαστῶς, καὶ Θεοδότης λέγει, “Πλάτων,” ἔφη, “παρῆσθα χθὲς οἷς περὶ Ἡρακλείδου

Διονύσιος ὠμολόγει πρὸς ἐμὲ καὶ σέ;” “Πῶς δὲ οὐκ;” ἔφην. “Νῦν τοίνυν,” ἢ δ' ὅς, “περιθέουσιν πελτασταὶ λαβεῖν Ἡρακλείδην ζητοῦντες, ὁ δὲ εἶναι πη ταύτη κινδυνεύει· ἀλλ' ἡμῖν,” ἔφη, “συνακολούθησον πρὸς Διονύσιον ἀπάσῃ μηχανῇ.” ὥχόμεθα οὖν καὶ εἰσῆλθομεν παρ' αὐτόν, καὶ τῷ μὲν ἐστάτην σιγῇ δακρύοντε, ἐγὼ δὲ εἶπον· “Οἶδε πεφόβηνται μὴ τι σὺ παρὰ τὰ χθὲς ὠμολογημένα ποιήσης περὶ Ἡρακλείδην νεώτερον· δοκεῖ γάρ μοι ταύτη πη γεγονέναι φανερὸς ἀποτετραμμένος.” ὁ δὲ ἀκούσας ἀνεφλέχθη τε καὶ παντοδαπὰ χρώματα ἤκεν, οἳ ἂν θυμούμενος ἀφείη· προσπεσὼν δ' αὐτῷ ὁ Θεοδότης, λαβόμενος τῆς χειρὸς ἐδάκρυσέν τε καὶ ἰκέτευεν μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν, ὑπολαβὼν δ' ἐγὼ παραμυθούμενος, “Θάρρει, Θεοδότα,” ἔφην· “οὐ γὰρ τολμήσει Διονύσιος παρὰ τὰ χθὲς ὠμολογημένα ἄλλα ποτὲ δρᾶν.” καὶ ὅς ἐμβλέψας μοι καὶ μάλα τυραννικῶς, “Σοί,” ἔφη, “ἐγὼ οὔτε τι σμικρὸν οὔτε μέγα ὠμολόγησα.” “Νῆ τοὺς θεούς,” ἦν δ' ἐγὼ, “σύ γε, ταῦτα ἂ σοῦ νῦν οὗτος δεῖται μὴ ποιεῖν.” καὶ εἰπὼν ταῦτα ἀποστρεφόμενος ὥχομην ἔξω. τὸ μετὰ ταῦτα ὁ μὲν ἐκυνήγει τὸν Ἡρακλείδην, Θεοδότης δὲ ἀγγέλους πέμπων Ἡρακλείδῃ φεύγειν διεκελεύετο. ὁ δὲ ἐκπέμψας Τεισίαν καὶ πελταστὰς διώκειν ἐκέλευε· φθάνει δέ, ὡς ἐλέγετο, Ἡρακλείδης εἰς τὴν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν ἐκφυγὼν ἡμέρας σμικρῷ τινι μέρει. τὸ δὲ μετὰ τοῦτο ἡ πάλαι ἐπιβουλή Διονυσίῳ τοῦ μὴ ἀποδοῦναι τὰ Δίωνος χρήματα ἔδοξεν ἔχθρας λόγον ἔχειν ἂν πρὸς με πιθανόν, καὶ πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ἐκπέμπει με, εὐρὼν πρόφασιν ὡς τὰς γυναῖκας ἐν τῷ κήπῳ, ἐν ᾧ κατῴκουν ἐγὼ, δέοι θῦσαι θυσίαν τινὰ δεχήμερον· ἔξω δὲ με παρ' Ἀρχεδήμῳ προσέταττεν τὸν χρόνον τοῦτον μεῖναι. ὄντος δ' ἐμοῦ ἐκεῖ, Θεοδότης μεταπεμψάμενός με πολλὰ περὶ τῶν τότε πραχθέντων ἠγανάκτει καὶ ἐμέμφετο Διονυσίῳ· ὁ δ' ἀκούσας ὅτι παρὰ Θεοδότην εἶην εἰσεληλυθώς, πρόφασιν αὖ ταύτην ἄλλην τῆς πρὸς ἐμὲ διαφορᾶς ποιούμενος, ἀδελφὴν τῆς πρόσθεν, πέμψας τινὰ ἡρώτα με εἰ συγγιγνοίμην ὄντως μεταπεμψαμένου με Θεοδότου. καγὼ, “Παντάπασιν,” ἔφην· ὁ δέ, “Ἐκέλευε τοίνυν,” ἔφη, “σοὶ φράζειν ὅτι καλῶς οὐδαμῇ ποιεῖς Δίωνα καὶ τοὺς Δίωνος φίλους ἀεὶ περὶ πλείονος αὐτοῦ ποιούμενος.” ταῦτ' ἐρρήθη, καὶ οὐκέτι μετεπέμψατό με εἰς τὴν οἴκησιν πάλιν, ὡς ἤδη σαφῶς Θεοδότου μὲν ὄντος μου καὶ Ἡρακλείδου φίλου, αὐτοῦ δ' ἐχθροῦ, καὶ οὐκ εὐνοεῖν ᾤετό με, ὅτι Δίῳνι τὰ χρήματα ἔρρει παντελῶς. ᾤκουν δὲ τὸ μετὰ τοῦτο ἔξω τῆς ἀκροπόλεως ἐν τοῖς μισθοφόροις· προσιόντες δέ μοι ἄλλοι τε καὶ οἱ τῶν ὑπηρεσιῶν ὄντες Ἀθήνηθεν, ἐμοὶ πολῖται, ἀπήγγελλον ὅτι διαβεβλημένος εἶην ἐν τοῖς πελτασταῖς καὶ μοί τινες ἀπειλοῖεν, εἴ που λήψονταί με, διαφθερεῖν. μηχανῶμαι δὲ τίνα τοιάνδε σωτηρίαν. πέμπω παρ' Ἀρχύτην καὶ τοὺς ἄλλους φίλους εἰς Τάραντα, φράζων ἐν οἷς ὦν τυγχάνω· οἱ δὲ πρόφασιν τίνα πρεσβείας πορισάμενοι παρὰ τῆς πόλεως πέμπουσιν τριακόντορόν τε καὶ Λαμίσκον αὐτῶν ἓνα, ὅς ἐλθὼν ἐδεῖτο Διονυσίου περὶ ἐμοῦ, λέγων ὅτι βουλοίμην ἀπιέναι, καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποιεῖν. ὁ δὲ συνωμολόγησεν καὶ ἀπέπεμψεν ἐφόδια δούς.

[1] Fuerit tibi forsitan de me aliquid auditum; quanquam et hoc dubium sit: an exiguum et obscurum longe nomen seu locorum seu temporum perventurum sit. Et illud forsitan optabis nosse: quid hominis fuerim aut quis operum exitus meorum, eorum maxime quorum ad te fama pervenerit vel quorum tenue nomen audieris.

[2] Et de primo quidem varie erunt hominum voces; ita enim ferme quisque loquitur, ut impellit non veritas sed voluptas: nec laudis nec infamie modus est. Vestro de grege unus fui autem, mortalis homuncio, nec magne admodum nec vilis originis, familia — ut de se ait Augustus Cesar — antiqua, natura quidem non iniquo neque inverecondo animo, nisi ei consuetudo contagiosa nocuisset.

[3] Adolescentia me fefellit, iuventa corripuit, senecta autem correxit, experimentoque perdociuit verum illud quod diu ante perlegeram: quoniam adolescentia et voluptas vana sunt; imo etatum temporumque omnium Conditor, qui miseros mortales de nichilo tumidos aberrare sinit interdum, ut peccatorum suorum vel sero memores se se cognoscant.

[4] Corpus iuveni non magnarum virium sed multe dexteritatis obtigerat. Forma non gloriore excellenti, sed que placere viridioribus annis posset: colore vivido inter candidum et subnigrum, vivacibus oculis et visu per longum tempus acerrimo, qui preter spem supra sexagesimum etatis annum me destituit, ut indignanti michi ad ocularium confugiendum esset auxilium. Tota etate sanissimum corpus senectus invasit, et solita morborum acie circumvenit.

[5] Divitiarum contemptor eximius: non quod divitias non optarem, sed labores curasque oderam, opum comites inseparabiles. Non <michi>, ut ista cura esset, lautarum facultas epularum: ego autem tenui victu et cibis vulgaribus vitam egi letius, quam cum exquisitissimis dapibus omnes Apicii successores.

[6] Convivia que dicuntur — cum sint comessationes modestie et bonis moribus inimice — semper michi displicuerunt. Laboriosum et inutile ratus sum ad hunc finem vocare alios, nec minus ab aliis vocari; convivere autem cum amicis adeo iocundum, ut eorum superventu nil gratius habuerim, nec unquam volens sine socio cibum sumpserim. Nichil michi magis quam pompa displicuit, non solum quia mala et humilitati contraria, sed quia difficilis et quieti adversa est.

[7] Amore acerrimo sed unico et honesto in adolescentia laboravi, et diutius laborassem nisi iam tepescentem ignem mors acerba sed utilis extinxisset. Libidinum me prorsus expertem dicere posse optarem quidem, sed si dicam mentiar. Hoc secure dixerim: me quanquam fervore etatis et complexionis ad id raptum, vilitatem illam tamen semper animo execratum.

[8] Mox vero ad quadragesimum etatis annum appropinquans, dum adhuc et calor satisfecisset et virium, non solum factum illud obscenum, sed eius memoriam omnem sic abieci, quasi nunquam feminam aspexissem. Quod inter primas felicitates meas numero, Deo gratias agens, qui me adhuc integrum et vigentem tam vili et michi semper odioso servitio liberavit. Sed ad alia procedo.

[9] Sensi superbiam in aliis, non in me; et cum parvus fuerim, semper minor iudicio meo fui. Ira mea michi persepe nocuit, aliis nunquam. Intrepide glorior — quia scio me verum loqui — indignantissimi animi, sed offensarum obliuississimi, beneficiorum permemoris. Amicitiarum appetentissimus honestarum et fidelissimus cultor fui. Sed hoc est supplicium senescentium: ut suorum sepiissime mortes fleant.

[10] Principum atque regum familiaritatibus ac nobilium amicitis usque ad invidiam fortunatus fui. Multos tamen eorum, quos valde amabam, effugi: tantum fuit michi insitus amor libertatis, ut cuius vel nomen ipsum illi esse contrarium videretur, omni studio declinarem. Maximi reges mee etatis et amarunt et coluerunt me; cur autem nescio: ipsi viderint. Et ita cum quibusdam fui, ut ipsi quodammodo mecum essent; et eminentia eorum nullum tedium, commoda multa perceperim.

[11] Ingenio fui equo potius quam acuto, ad omne bonum et salubre studium apto, sed ad moralem precipue philosophiam et ad poeticam prono; quam ipse processu temporis neglexi, sacris literis delectatus, in quibus sensi dulcedinem abditam, quam aliquando contempseram, poeticis literis non nisi ad ornatum reservatis. Incubui unice, inter multa, ad notitiam vetustatis, quoniam michi semper etas ista displicuit; ut, nisi me amor carorum in diversum traheret, qualibet etate natus esse semper optaverim, et hanc obliuisci, nisus animo me aliis semper inserere. Historicis itaque delectatus sum; non minus tamen offensus eorum discordia, secutus in dubio quo me vel veri similitudo rerum vel scribentium traxit autoritas.

[12] Eloquio, ut quidam dixerunt, claro ac potenti; ut michi visum est, fragili et obscuro. Neque vero in comuni sermone cum amicis aut familiaribus eloquentie unquam cura me attigit; mirorque eam curam Augustum Cesarem suscepisse. Ubi autem res ipsa vel locus vel auditor aliter poscere visus est, paulo annisus sum; idque quam efficaciter, nescio: eorum sit iudicium coram quibus dixi. Ego, modo bene vixissem, qualiter dixissem parvi facerem: ventosa gloria est de solo verborum splendore famam querere.

[13] Honestis parentibus, florentinis origine, fortuna mediocri, et — ut verum fatear — ad inopiam vergente, sed patria pulsus, Arretii in exilio natus sum, anno huius etatis ultime que a Cristo incipit MCCCIV, die lune ad auroram... kalendas Augusti.

[14] Tempus meum sic vel fortuna vel voluntas mea nunc usque partita est. Primum illum vite annum neque integrum Arretii egi, ubi in lucem natura me protulerat; sex sequentes Ancise, paterno in rure supra Florentiam quattuordecim passuum milibus, revocata ab exilio genitrice; octavum Pisis, nonum ac deinceps in Gallia Transalpina, ad levam Rodani ripam — Avinio urbi nomen —, ubi romanus pontifex turpi in exilio Cristi tenet Ecclesiam et tenuit diu, licet ante paucos annos Urbanus quintus eam reduxisse videretur in suam sedem.

[15] Sed res, ut patet, in nichilum rediit, ipso — quod gravius fero — tunc etiam superstite et quasi boni operis penitente. Qui si modicum plus vixisset, haud dubie sensisset quid michi de eius habitu videretur. Iam calamus erat in manibus, sed ipse confestim gloriosum principium ipsum cum vita destituit. Infelix! Quam feliciter ante Petri aram mori et in domo propria potuisset! Sive enim successores eius in sua sede mansissent, et ipse boni operis auctor erat; sive abiissent, et tanto ipsius clarius virtus, quanto illorum culpa conspectior. Sed hec longior atque incidens est querela.

[16] Ibi igitur, ventosissimi amnis ad ripam, pueritiam sub parentibus, ac deinde sub vanitatibus meis adolescentiam totam egi. Non tamen sine magnis digressionibus: namque hoc tempore Carpentoras, civitas parva et illi ad orientem proxima, quadriennio integro me habuit; inque his duabus aliquantulum gramatice dyaletice ac rethorice, quantum etas potuit, didici; quantum scilicet in scolis disci solet, quod quantum sit, carissime lector, intelligis.

[17] Inde ad Montem Pessulanum legum ad studium profectus, quadriennium ibi alterum; inde Bononiam, et ibi triennium expendi et totum iuris civilis corpus audiui: futurus magni provectus adolescens, ut multi opinabantur, si cepto insisterem. Ego vero studium illud omne destitui, mox ut me parentum cura destituit. Non quia legum michi non placeret autoritas, que absque dubio magna est et romane antiquitatis plena, qua delector; sed quia earum usus nequitia hominum depravatur. Itaque piguit perdiscere quo inhoneste uti nollem, et honeste vix possem, et si vellem, puritas inscitie tribuenda esset.

[18] Itaque secundum et vigesimum annum agens domum redii. Domum voco avinionense illud exilium, ubi ab infantie mee fine fueram: habet enim consuetudo proximam vim nature. Ibi ergo iam nosci ego et familiaritas mea a magnis viris expeti ceperat; cur autem nescire nunc me fateor et mirari, tunc equidem non mirabar, ut qui michi, more etatis, omni honore dignissimus viderer.

[19] Ante alios expetitus fui a Columnensium clara et generosa familia, que tunc romanam curiam frequentabat, dicam melius: illustrabat. A quibus accitus, et michi nescio an et nunc, sed tunc certe indebito in honore habitus, ab illustri et incomparabili viro Iacobo de Columna, Lomberiensi tunc epyscopo, cui nescio an parem viderim seu visurus sim, in Vasconiam ductus, sub collibus Pireneis estatem prope celestem, multa et domini et comitum iucunditate, transegi, ut semper tempus illud memorando suspirem.

[20] Inde rediens sub fratre eius Iohanne de Columna, cardinali, multos per annos, non quasi sub domino sed sub patre, imo ne id quidem, sed cum fratre amantissimo, imo mecum et propria mea in domo fui.

[21] Quo tempore iuvenilis me impulit appetitus ut et Gallias et Germaniam peragrarem. Et licet alie cause fingerentur ut profectionem meam meis maioribus approbarem, vera tamen causa erat multa videndi ardor ac studium. In qua peregrinatione Parisius primum vidi, et delectatus sum inquirere quid verum quid ve fabulosum de illa urbe narraretur.

[22] Inde reversus Romam adii, cuius vidende desiderio ab infantia ardebam; et huius familie magnanimum genitorem Stephanum de Columna, virum cuilibet antiquorum parem, ita colui atque ita sibi acceptus fui, ut inter me et quemlibet filiorum nil diceret interesse. Qui viri excellentis amor et affectus usque ad vite eius extremum uno erga me semper tenore permansit; et in me nunc etiam vivit, neque unquam desinet nisi ego ante desiero.

[23] Inde etiam reversus, cum omnium sed in primis illius tediosissime urbis fastidium atque odium, naturaliter animo meo insitum, ferre non possem, diverticulum aliquod quasi portum querens, repperi vallem perexiguam sed solitariam atque amenam, que Clausa dicitur, quindecim passuum milibus ab Avinione distantem, ubi

fontium rex omnium Sorgia oritur. Captus loci dulcedine, libellos meos et meipsum illuc transtuli, cum iam quartum et trigesimum etatis annum post terga relinquerem.

[24] Longa erit historia si pergam exequi quid ibi multos ac multos egerim per annos. Hec est summa: quod quicquid fere opusculorum michi excidit, ibi vel actum vel ceptum vel conceptum est; que tam multa fuerunt, ut usque ad hanc etatem me exerceant ac fatigent. Fuit enim michi ut corpus sic ingenium: magis pollens dexteritate quam viribus; itaque multa michi facilia cogitatu, que executione difficilia pretermisi.

[25] Hic michi ipsa locorum facies suggestit ut Bucolicum carmen, silvestre opus, aggrederer, et Vite solitarie libros duos ad Philippum, semper magnum virum, sed parvum tunc episcopum Cavallicensem, nunc magnum Sabinensem episcopum cardinalem; qui michi iam solus omnium veterum superstes, non me episcopaliter, ut Ambrosius Augustinum, sed fraterne dilexit ac diligit.

[26] Illis in montibus vaganti, sexta quadam feria maioris hebdomade, cogitatio incidit, et valida, ut de Scipione Africano illo primo, cuius nomen mirum inde a prima michi etate carum fuit, poeticum aliquid heroico carmine scriberem — sed, subiecti de nomine, Africe nomen libro dedi, operi, nescio qua vel sua vel mea fortuna, dilecto multis antequam cognito — quod, tunc magno ceptum impetu, variis mox distractus curis intermisi.

[27] Illis in locis moram trahenti — dictu mirabile! — uno die et ab urbe Roma senatus, et de Parisius cancellarii studii ad me literae pervenerunt, certatim me ille Romam ille Parisius ad percipiendam lauream poeticam evocantes. Quibus ego iuveniliter gloriabundus, et me dignum iudicans quo me dignum tanti viri iudicarent, nec meritum meum sed aliorum librans testimonia, parumper tamen hesitavi cui potius aurem darem. Super quo consilium Iohannis de Columna cardinalis supra nominati per literas expetii. Erat enim adeo vicinus ut, cum sibi sero scripsissem, die altero ante horam tertiam responsum eius acciperem.

[28] Cuius consilium secutus, romane urbis auctoritatem omnibus preferendam statui; et de petitione et de approbatione consilii eius mea duplex ad illum extat epystola. Ivi ergo; et quamvis ego, more iuvenum, rerum mearum benignissimus iudex essem, erubui tamen de me ipso testimonium meum sequi, vel eorum a quibus evocabar: quod proculdubio non fecissent, nisi me dignum oblato honore iudicassent.

[29] Unde Neapolim primum petere institui; et veni ad illum summum et regem et philosophum, Robertum, non regno quam literis clariorem, quem unicum regem et scientie amicum et virtutis nostra etas habuit, ut ipse de me, quod sibi visum esset censeret. A quo qualiter visus, et cui quam acceptus fuerim, et ipse nunc miror et tu, si noveris, lector, puto mirabere.

[30] Audita autem adventus mei causa, mirum in modum exhilaratus est, et iuvenilem cogitans fiduciam, et forsitan cogitans honorem, quem peterem, sua gloria non vacare, quod ego eum solum iudicem ydoneum e cunctis mortalibus elegissem. Quid multa?

[31] Post innumeras verborum collationes variis de rebus, ostensamque sibi Africam illam meam, qua usqueadeo delectatus est, ut eam sibi inscribi magno pro munere posceret — quod negare nec potui certe, nec volui — super eo tandem pro quo veneram certum michi deputavit diem, et a meridie ad vesperam me tenuit. Et

quoniam, crescente materia, breve tempus apparuit, duobus proximis diebus idem fecit. Sic triduo excussa ignorantia mea, die tertio me dignum laurea iudicavit.

[32] Eam michi Neapoli offerebat et, ut assentirer, precibus etiam multis urgebat; vicit amor Rome venerandam tanti regis instantiam. Itaque, inflexibile propositum meum cernens, literas michi et nuntios ad senatum romanum dedit, quibus de me iudicium suum magno favore professus est. Quod quidem tunc iudicium regium et multorum et meo in primis iudicio consonum fuit; hodie et ipsius et meum et omnium idem sentientium iudicium non probo: plus in eum valuit amor et etatis favor quam veri studium.

[33] Veni tandem; et quamlibet indignus, tanto tamen fretus fisisque iudicio, summo cum gaudio Romanorum, qui illi solemnitati interesse potuerunt, lauream poeticam adhuc scolasticus rudis adeptus sum. De quibus etiam et carmine et soluta oratione epystole mee sunt. Hec michi laurea scientie nichil, plurimum vero quesivit invidie; sed hec quoque historia longior est quam poscat hic locus.

[34] Inde ergo digressus Parmam veni et cum illis de Corrigia, viris in me liberalissimis atque optimis, sed inter se male concordibus, qui tunc urbem illam tali regimine gubernabant, quale nec ante in memoria hominum habuerat civitas illa, nec etate hac — ut auguror — habitura est, aliquantulum tempus exegi.

[35] Et suscepti memor honoris, sollicitusque ne indigno collatus videretur, cum die quodam in montana conscendens forte trans Entiam amnem reginis in finibus silvam que Plana dicitur adissem, subito loci specie percussus, ad intermissam Africam stilum verti, et fervore animi qui sopitus videbatur excitato, scripsi aliquantulum die illo; post continuis diebus quotidie aliquid, donec Parmam rediens et repostam ac tranquillam nactus domum — que postea empta nunc etiam mea est —, tanto ardore opus illud non magno in tempore ad exitum deduxi, ut ipse quoque nunc stupeam.

[36] Inde reversus, ad fontem Sorgie et ad solitudinem transalpinam redii [...].

[37] Longum post tempus, viri optimi et cuius nescio an e numero dominorum quisquam similis sua etate vir fuerit — imo vero scio quod nullus — Iacobi de Carraria iunioris, fame preconio benivolentiam adeptus, nuntiisque et literis usque trans Alpes quando ibi eram, et per Italiam ubicunque fui, multos per annos tantis precibus fatigatus sum et in suam sollicitatus amicitiam, ut, quamvis de felicibus nil sperarem, decreverim tandem ipsum adire, et videre, quid sibi hec et magni et ignoti viri tanta vellet instantia.

[38] Itaque, sero quidem diuque et Parme et Verone versatus, et ubique Deo gratias carus habitus multo amplius quam valerem, Patavum veni, ubi ab illo clarissime memorie viro non humane tantum, sed sicut in celum felices anime recipiuntur acceptus sum, tanto cum gaudio tamque inextimabili caritate ac pietate, ut, quia equare eam verbis posse non spero, silentio opprimenda sit. Inter multa, sciens me clericalem vitam a pueritia tenuisse, ut me non sibi solum sed et patrie arctius astringeret, me canonicum Padue fieri fecit. Et ad summam, si vita sibi longior fuisset, michi erroris et itinerum omnium finis erat.

[39] Sed — heu! — nichil inter mortales diuturnum, et siquid dulce se obtulerit amaro mox fine concluditur. Biennio non integro eum michi et patrie et mundo cum

dimisisset, Deus abstulit, quo nec ego nec patria nec mundus — non me fallit amor — digni eramus.

[40] Et licet filius sibi successerit, prudentissimus et clarissimus vir, et qui per paterna vestigia me carum semper et honoratum habuit, ego tamen, illo amisso cum quo magis michi presertim de etate convenerat, redii rursus in Gallias, stare nescius, non tam desiderio visa milies revisendi, quam studio more egrorum loci mutatione tediis consulendi.

Aeneae Silvii Piccolomini De vita sua commentaria: de pontificatus electione

Iamque noctis medium effluxerat, cum ecce Bononiensis Aeneam adit et dormientem excitans: 'Quid ais, inquit, Aenea? Nescis quia iam Papam habemus? in latrinis convenere aliquot cardinales, statueruntque Vilelmum eligere; nec aliud expectatur quam dies. Consilium meum est, ut surgens de lectulo eum adeas, vocemque tuam illi offeras, priusquam eligatur, ne si te adversante pontificatum ineat odiosus fiat tibi: ego mihi consulam ne in priores incidam laqueos. Novi quid sit inimicum habere pontificem. Calixtum expertus sum, qui nunquam pacificis oculis me intuitus est, cum eum non elegerim. Mihi ex usu videtur, eius qui pontifex sit futurus, ante venari gratiam. Ego quod mihi consilium accipio, id tibi do.' Cui Aeneas: 'Consilium tuum tecum, inquit, Philippe, referto; mihi nemo suaserit ut eum Beati Petri successorem eligam, quem prorsus indignum puto. Absit a me hoc peccatum; si alii eum eligent, ipsi viderint. Ego mundus ero ab hoc scelere, nec me conscientia expugnabit mea. Dicis durum esse Papam non habere benevolum; nihil hoc ego vereor; scio me non interficiet, quoniam non elegerim eum.' 'At non amabit; non dabit stipem; non adiuva-bit; paupertate premeris.' 'Non est assueto dura paupertas; inopem vitam duxi hactenus; quid si moriar inops? Musas mihi non auferet quae sunt in fortuna tenui suaviores. Ceterum non ego is sum qui arbitrer passurum Deum in manu Rhotomagensis Ecclesiam sponsam suam deperire; nam quid magis alienum est a Christi professione, quam vicarium suum simoniae atque impudicitiae deservire? Non feret divina pietas hoc palatium, quod tot sancti patres habitavere, aut speluncam latronum aut lupanar meretricum fieri. A Deo datur apostolatus, non ab hominibus. Rhotomagensis qui demandare pontificatum conspiravere, homines sunt, quorum cogitationes vanas esse quis nescit? Pulchre apud latrinas coniuratio facta est. In secessum conatus ibunt et, sicut arriana perfidia in loco foetidissimo finem accipient iniquissima machinamenta. Crastina dies ostendet Romanum Praesulem a Deo eligi, non ab hominibus. Tu, si christianus es, eum in Christi vicarium non assumes quem nosti diaboli membrum esse.' Atque his dictis Philippum terruit, ne Rhotomagensem accederet.

Exin summo diluculo Rodericum Vicecancellarium conveniens, percunctatus est an sese Rhotomagensi vendidisset. 'Et quid vis agam?' Respondit ille. Acta res est. Convenere apud latrinas multi atque hunc statuerunt eligere. Mihi non ex usu est cum paucis extra gratiam novi praesulis remanere. Concurro cum parte quae maior est et causae meae consului. Cancellariam non perdam; schedulam enim promissionis habeo. Si non eligo Rhotomagensem, eligent alii, et ipse privabor officio meo.' Cui Aeneas: 'O stulte, inquit, iuvenis! Ergo tuae nationis hostem in apostolatu collocabis? et schedulae fidem dabis eius hominis, qui non habet fidem? Tu schedulam habebis; Avinonensis cancellariam: nam quod tibi promissum est, et illi promissum est et affirmatum. Illine an tibi servabitur fides? Gallo an Cathelano Gallus amicior erit? Extero an suo magis consullet? Cave tibi, inexperte iuvenis, cave stulte; et si non est tibi Ecclesiae Romanae cura, si religionem christianam nihil pendis, et Deum contemnis cui talem vicarium praeparas; at saltem tui ipsius curam habeto qui, Gallo

papatum tenente, in extremis eris.' Audivit haec patienter ab amico Vicecancellarius, seque admodum cohibuit.

Post haec videns Aeneas cardinalem Papiensem: 'Audio, inquit, et te cum his sentire, qui Rhotomagensem statuerunt eligere; quid ais?' Tum ille: 'Bene, inquit, audivisti; pactus sum illi vocem dare, ne solus permanerem; iam enim certa res eius est, tot sunt qui ei promiserunt.' Cui Aeneas: 'Alium te virum, inquit, esse existimavi quam invenio. En quantum a tuis maioribus degeneras? Patruus tuus, sive avunculus fuit, Branda Card. Placentinus, cum esset Pontificatus Maximus ultra montes in Germania (nam Ioannes tertius et vigesimus, instituto Constantiensi Concilio, romanam curiam trans Alpes adduxerat) nunquam quievit, donec in Italiam primam sedem reduxit; cuius arte, studio et ingenio factum est ut, abdicatis summo pontificatu qui de eo contendebant, Martinus quintus eligeretur natione romanus, ex domo Columnensi. Branda curiam apostolicam ex Germania in Italiam reportavit; tu, eius nepos, ex Italia transferes in Galliam! Italus homo, melius Galliae quam Italiae consulis! At Rhotomagensis nationem suam praeferet Italiae, et Gallus in Galliam cum summa dignitate advolabit. Dicis: iuratum est, non ibit absque senatus consilio extra provinciam; non consentiemus ire volenti. Et quis cardinalium est qui sedenti in apostolico throno audeat adversari? Primus tu eris qui, obtenta aliqua divite commenda, ito, inquires, quo velis, Pater Sancte. Et quid est nostra Italia absque praesule? Retinemus apostolatam, imperio amisso, atque uno lumine videmus lumen; et hoc te fautore, suasore, adiutore privabimur? Aut ibit in Galliam pontifex Gallus, et orbata est dulcis patria nostra splendore suo; aut manebit inter nos, et serviet regina gentium Italia extero domino erimusque mancipia Gallicae gentis. Regnum Siciliae ad Gallos perveniet; omnes urbes, omnes arces ecclesiasticas possidebunt Galli. Calistus admonere te potuit, quo sedente nihil non occuparunt Chatelani. Expertus Chatelanos, experiri cupis Gallos? Cito poenitebit expertum; videbis collegium Gallis plenum; neque ab illis amplius eripietur papatus. Adeone rudis es ut non intelligas hoc pacto perpetuum imponi iugum nationi tuae? Quid de hominis vita dicam? An non pudet homini lubrico et cui anima venalis est, Christi vices committere? En paranimphum egregium Sponsae Christi praeparas! Ovem lupo committis! Ubi conscientia? Ubi iustitiae zelus? Ubi hominis mens? Siccine a te ipso recessisti? Num te saepe dicentem audivimus perituram Ecclesiam, si in manum Rhotomagensis incideret? et te mori malle quam ipsum eligere? Quae causa mutationis? An ex daemonic repente in angelum lucis transfiguratus est ille; an tu ex angelo in diabolum, qui libidines eius et spurcitas et avaritiam diligas? Ubi amor patriae et vox illam semper Italiam ceteris nationibus praeferens? Existimabam recedentibus ceteris ab eius charitate, te nunquam recessurum. Fefellisti me, immo te ipsum et patriam tuam Italiam, nisi resipiscis.' Obstupuit his auditis Papiensis, et correptus dolore simul ac verecundia, illacrimatus est et post aliquot suspiria: 'Pudet me, inquit, Aenea; sed quid agam? Promisi. Nisi Rhotomagensem eligo, prodicionis arguar.' Cui Aeneas: 'Eo ventum est, quantum intelligo, ut quocumque te vertas, prodicionem incurras. Nunc eligendum est: Italiam patriam, Ecclesiam, aut Rhotomagensem malis prodere?' Victus his Papiensis, Rhotomagensi deficere minus probri existimavit.

Petrus autem, Cardinalis Sancti Marci, cum accepisset Gallorum coniurationem, et spem amisisset potiundi pontificatus, commotus amore patriae simul et odio, quo Rhotomagensis prosequabatur, circuire italos cardinales, hortari, monere ne patriam relinquerent; nec quievit donec apud Cardinalem Genuensem, excepto Columnensi, cunctos Italos congregavit exposuitque coniurationem in latrinis factam Ecclesiamque perituram et Italiam in perpetuum servituram, si Rhotomagensis in pontificatum assequeretur. Dixit, rogavitque singulos ut se viros ostenderent, consulerent matri Ecclesiae atque infelici Italiae, deponerentque quae essent inter se odia et Italum potius quam exterum eligerent pontificem. Quod si audirent, Aeneam ceteris praeferrent. Aderant cardinales septem, Genuensis, Ursinus, Bononiensis, Sancti Marci, Papiensis, Senensis et Sanctae Anastasiae. Cuncti verba Petri approbavere, praeter Aeneam, qui se tanto munere indignum censebat.

Erasmi Apologia Pro Vita Sua

Reverendo Patri Servatio Erasmus S.P.

Humanissime pater, literae tuae per plurimorum iactatae manus tandem ad me quoque pervenerunt iam Angliam egressum; quae mihi sane voluptatem incredibilem attulerunt, quod veterem illum tuum in me animum adhuc spirant. Paucis autem respondeo, utpote ex itinere iam scribens, et ad ea potissimum quae tu scribis ad rem maxime pertinere. Tam varia est hominum sententia, et suus cuique avium cantus, ut omnibus satisfieri non possit. Ego certe hoc sum animo, ut quod sit factu optimum sequi velim; testis est mihi Deus. Nam si quid olim iuveniliter sensi, id partim aetas, partim rerum correxit usus. Nunquam mihi fuit consilium vel vitae genus vel cultum mutare, non quod probarem, sed ne cui scandalo essem. Scis enim me ad vitae genus tutorum pertinaciā et aliorum improbis hortatibus adactum esse magis quam inductum; tum Cornelii Woerdeni conviciis et pudore quodam puerili fuisse retentum, cum intellexerem mihi hoc vitae genus haudquaquam aptum esse; nam non omnibus congruunt omnia. Ieiuniorum semper impatiens fui, idque peculiari quadam corporis ratione. Semel excitatus e somno nunquam potui redormiscere nisi post horas aliquot. Ad literas tantum rapiebatur animus, quarum istic nullus usus, adeo ut non dubitem quin si in liberum aliquod vitae genus incidissem, non solum inter felices verum etiam inter bonos potuissem numerari.

Itaque cum intellexerem me nequaquam esse idoneum isti generi vitae, et coactum non sponte suscepisse, tamen quia receptum est publica nostri seculi opinione piaculum esse a semel suscepto vitae genere desciscere, decreveram et hanc infelicitatis meae partem fortiter perpeti. Scis enim me multis in rebus infortunatum esse. At hoc unum ceteris omnibus gravius semper duxi, quod in huiusmodi vitae genus detrusus essem, a quo cum animo tum corpore essem alienissimus: animo, quod a caerimoniis abhorrerem et libertatis amans essem; corpore, quod etiamsi maxime placuisset vitae institutum, corporis natura non ferebat eiusmodi labores. At obiiciet mihi aliquis annum probationis (ut vocant) et aetatem maturam. Ridiculum. Quasi quis postulet ut puer anno decimo septimo, maxime in literis educatus, norit se ipsum, quod magnum est etiam in sene, aut anno uno id discere potuerit quod multi cani nondum intellegunt. Quanquam ipse nunquam probavi, et gustatum iam multo minus, sed iis quas dixi rationibus sum irretitus; tametsi fateor eum qui vere sit bonus, in quovis vitae genere bene victurum. Neque diffiteor me ad magna vitia fuisse propensum, non tamen usque adeo corrupta natura quin si commodus accessisset gubernator et vere Christianus, potuissem ad bonam duci frugem.

Hoc igitur interim spectavi, in quo vitae genere minime malus essem, atque id sane me assecutum puto. Vixi interim inter sobrios, vixi in studiis literarum, quae me a multis vitiis avocaverunt. Licuit consuetudinem habere cum viris vere Christum sapientibus, quorum colloquio factus sum melior. Nihil enim iam iacto de libris meis, quos fortasse vos contemnitis. At multi fatentur se redditos eorum lectione non solum eruditiores verum etiam meliores. Pecuniae studium nunquam me attigit. Famae gloria nec tantillum tangor. Voluptatibus, etsi quondam fui inclinatus, nunquam servivi. Crapulam et ebrietatem semper horruī fugique. Quoties autem cogitabam de

repetendo vestro contubernio, succurrebat invidia multorum, contemptus omnium, colloquia quam frigida, quam inepta, quam non sapientia Christum, convivium quam laica; denique tota vitae ratio, cui si detraxeris caerimonias, non video quid relinquo expetendum. Postremo succurrebat corporis imbecillitas, quae iam aetate et morbis ac laboribus aucta est; quae facit ut nec vobis satisfactorius essem et me ipsum occiderem. Iam annis aliquot obnoxius sum calculo, gravi sane malo et capitali. Iam annis aliquot nihil bibo nisi vinum, neque quodvis vinum, idque cogente morbo. Non fero quemvis cibum, nec coelum quidem quodlibet. Nam morbus hic facile recurrens maximam postulat vitae moderationem; et novi coelum Hollandicum, novi victus vestri rationem, ut de moribus nihil dicam. Itaque si redissem, nihil aliud fuisset assecutus nisi quod vobis molestiam attulissem et mihi mortem.

Sed tu forsitan bonam felicitatis partem existimes inter confratres emori. At fallit et imponit ista persuasio non solum tibi verum etiam propemodum universis. In loco, in cultu, in victu, in caerimoniis quibusdam Christum et pietatem collocamus. Actum putamus de illo qui vestem albam commutarit in nigram, aut qui cucullum pileo verterit, qui locum subinde mutet. Ausim illud dicere, magnam Christianae pietatis perniciem ex istis quas vocant religionibus exortam esse, tametsi pio fortassis studio primum inductae sunt. Deinde paulatim creverunt et in sex milia discriminum sese sparserunt. Accessit summorum pontificum auctoritas nimium ad multa facilis et indulgens. Quid enim laxis istis religionibus conspurcatus aut magis impium? Quanto magis est e Christi sententia totum orbem Christianum unam domum et velut unum habere monasterium, omnes concanonicos et confratres putare; baptismi sacramentum summam religionem ducere, neque spectare ubi vivas sed quam bene vivas. Vis me sedem stabilem figere, quod ipsa etiam suadet senectus. At laudatur Solonis, Pythagorae Platonisque peregrinatio. Vagabantur et Apostoli, praecipue Paulus. Divus Hieronymus etiam monachus nunc Romae est, nunc in Syria, nunc in Antiochia, nunc alibi atque alibi; et canus etiam sacras persequitur literas.

At non sum cum hoc conferendus, fateor; sed tamen nunquam mutavi locum, nisi vel peste cogente, vel studii causa vel valetudinis, et ubicunque vixi (dicam enim de me ipso fortassis arrogantius, sed tamen vere), probatus sum a probatissimis et laudatus a laudatissimis. Nec ulla est regio, nec Hispania, nec Italia, nec Germania, nec Anglia, nec Scotia, quae me ad suum non invitet hospitium. Et si non probor ab omnibus (quod nec studeo), certe primis omnium placeo. Romae nullus erat Cardinalis qui me non tanquam fratrem acciperet, cum ipse nihil tale ambirem; praecipue vero Cardinalis Grimanus, et hic ipse qui nunc Pontifex Maximus est, ut ne dicam de episcopis, archidiaconis et viris eruditis. Atque hic honos non tribuebatur opibus, quas etiam nunc non habeo nec desidero; non ambitioni, a qua semper fui alienissimus; sed literis duntaxat, quas nostrates rident, Itali adorant. In Anglia nullus est episcopus qui non gaudeat a me salutari, qui non cupiat me convivam, qui nolit domesticum. Rex ipse paulo ante patris obitum, cum essem in Italia, scripsit ad me suapte manu literas amantissimas, nunc quoque saepe sic de me loquitur ut nemo honorificentius, nemo amantius; et quoties eum saluto, blandissime complectitur et oculis amicissimis obtuetur, ut intellegas eum non minus bene de me sentire quam loqui. Et saepe mandavit suo eleemosynario ut mihi de sacerdotio prospiceret. Regina conata est me

sibi praeceptorem adsciscere. Nemo est qui nesciat me si vel paucos menses velim in aula regis vivere, quantum libeat sacerdotiorum mihi accumulaturum; sed ego huic otio meo et studiorum laboribus omnia posthabeo. Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliae primas et regni huius Cancellarius, vir doctus et probus, me sic amplectitur ut, si pater esset aut frater, non posset amantius. Et ut intellegas hoc eum ex animo facere, dedit mihi sacerdotium centum ferme nobilium, quod postea volente me in pensionem centum coronatorum mutavit, ex mea resignatione; ad haec dedit dono supra quadringentos nobiles his pauculis annis, idque nihil unquam petenti. Dedit uno die nobiles centum et quinquaginta. Ab aliis episcopis supra centum nobiles accepi gratuita liberalitate oblatos. Dominus Montioius, huius regni baro, quondam meus discipulus, dat annue mihi pensionem centum coronatorum. Rex et Episcopus Lincolniensis, qui nunc per regem omnia potest, magnifice multa promittunt. Sunt hic duae universitates, Oxonia et Cantabrigia, quarum utraque ambit habere me; nam Cantabrigiae menses complures docui Graecas et sacras literas, sed gratis, et ita facere semper decretum est. Sunt hic collegia, in quibus tantum est religionis, tanta vitae modestia, ut nullam religionem non sis prae hac contempturus, si videas. Est Londini dominus Ioannes Coletus, divi Pauli Decanus, vir qui summam doctrinam cum admirabili pietate copulavit, magnae apud omnes auctoritatis. Is me sic amat, id quod sciunt omnes, ut cum nemine vivat libentius quam mecum; ut omittam alios innumeros, ne sim bis molestus et iactantia et loquacitate.

Iam ut de operibus meis dicam aliquid, Enchiridion opinor te legisse, quo non pauci fatentur sese ad pietatis studium inflammatos; nihil mihi arrogo, sed gratulor Christo, si quid boni per me contigit illius dono. Adagiorum opus ab Aldo impressum an videris nescio. Est quidem profanum, sed ad omnem doctrinam utilissimum; mihi certe inaestimabilibus constitit laboribus ac vigiliis. Edidi opus De rerum verborumque copia, quod inscripsi Coletio meo, opus utilissimum contionaturis; at ista contemnunt ii qui omnes bonas contemnunt literas. His duobus annis praeter alia multa castigavi divi Hieronymi Epistolas; adulterina et subditicia obelis iugulavi, obscura scholiis illustravi. Ex Graecorum et antiquorum codicum collatione castigavi totum Novum Testamentum, et supra mille loca annotavi non sine fructu theologorum. Commentarios in Epistolas Pauli incepti, quos absolvam, ubi haec edidero. Nam mihi decretum est in sacris immori literis. In hisce rebus colloco otium meum et negotium. In his magni viri dicunt me valere quod alii non valeant; in vestro vitae genere nihil valiturus sum. Cum multis doctis et gravibus viris habui consuetudinem, et hic et in Italia et in Gallia, sed neminem adhuc repperi qui mihi consuluerit ut ad vos me recipiam, aut qui hoc iudicaverit melius. Quin et ipse felicitis memoriae dominus Nicolaus Wernerus, qui te praecessit, semper hoc mihi solitus erat dissuadere, suadens ut alicui episcopo me potius adiungerem, addens se nosse et animum meum et suorum fraterculorum mores; nam iis utebatur verbis lingua vernacula. Et in hoc vitae genere in quo sum, video quae fugiam, sed quid potius sequar non video.

Nunc restat ut de ornatu quoque tibi satisfaciam. Semper antehac usus sum cultu canonicorum, et ab Episcopo Traiectino, cum essem Lovanii, impetravi ut sine scrupulo uterer scapulari lineo pro veste linea integra, et caputio nigro pro pallio nigro,

iuxta morem Lutetiorum. Cum autem adirem Italiam videremque toto itinere canonicos nigra veste uti cum scapulari, ne quid offenderem novitate cultus, veste nigra illic uti coepi cum scapulari. Postea pestis orta est Bononiae, et illic qui curant peste laborantes linteum album ex humero pendens ex more gestant; hi congressus hominum fugitant. Itaque cum die quodam doctum amicum viserem, quidam nebulones eductis gladiis parabant me invadere, et fecissent, ni matrona quaedam admonuisset ecclesiasticum me esse. Altero item die cum Thesaurarii filios adirem, undique cum fustibus in me concurrerunt, et pessimis clamoribus adorti sunt. Itaque a bonis viris admonitus occultavi scapulare, et impetravi veniam a Pontifice Iulio secundo ut ornatu religionis uterer aut non uterer, ut mihi visum esset, modo haberem vestem sacerdotalem; et si quid ante peccatum esset ea in re, iis literis id totum condonavit. In Italia ergo perseveravi in veste sacerdotali, ne mutatio esset alicui scandalo. Postquam autem in Angliam redii, decrevi meo solito uti ornatu, et domum accersito amico quodam primae laudis et in vita et in doctrina, ostendi cultum quo uti statuisssem. Rogavi an in Anglia conveniret. Probavit, atque ita in publicum prodii. Statim admonitus sum ab aliis amicis eum cultum in Anglia ferri non posse, ut celarem potius. Celavi; et quoniam non potest ita celari quin aliquando deprehensus scandalum pariat, reposui in scrinium et vetere summi Pontificis auctoritate sum usus usque adhuc. Excommunicant Pontificiae leges eum qui religionis habitum abiecerit, quo liberius inter seculares versetur. Ego coactus deposui in Italia, ne occiderer; deinde coactus deposui in Anglia, quia tolerari non poterat, cum ipse multo maluerim uti. At nunc denuo recipere plus gigneret scandali quam mutatio ipsa gignebat.

Habes universam vitae meae rationem, habes meum consilium. Cupio et hoc vitae genus mutare, si quod videro melius. Sed in Hollandia quid agam non video. Scio non conventurum cum coelo neque cum victu; omnium oculos in me excitabo. Redibo senex et canus, qui iuvenis exivi, redibo valetudinarius; exponar contemptui etiam infimorum, solitus et a maximis honorari. Studia mea computationibus permutabo. Nam quod polliceris officium tuum in quaerenda sede, ubi cum maximo, ut scribis, vivam emolumento; quid sit, non possum coniectare, nisi forte collocabis me apud monachas aliquas, ut serviam mulieribus, qui nec archiepiscopis nec regibus unquam servire volui. Emolumentum nihil moror; neque enim studeo ditescere, modo tantum sit fortunae ut valetudini et otio literarum suppetat, et vivam nulli gravis. Atque utinam liceat hisce de rebus coram inter nos commentari; nam literis nec satis commode nec satis tuto licet. Tuae enim quanquam per certissimos missae sic tamen aberrarant, ut nisi ipse casu me in arcem hanc contulissem, nunquam fuero visurus; et accepi iam a compluribus ante inspectas. Quare ne quid scripseris arcani, ni certo cognoveris ubi locorum sim et nuntium nactus sis fidissimum. Peto nunc Germaniam, id est Basileam, editurus lucubrationes meas, hac hieme fortassis futurus Romae. In reditu dabo operam ut pariter colloquamur alicubi. Sed nunc aestas ferme praeteriit et longum est iter. Literas tuas tertio a Pascha die scriptas accepi Nonis Iuliis. Rogo ut salutem meam tuis piis votis Christo commendare ne neglegas. Cui si certo scirem rectius fore consultum, si ad vestrum redierim contubernium, hac die ad iter accingerer. Bene vale, quondam sodalis suavissime, nunc pater observande.

Ex arce Hammensi iuxta Calecium postridie Nonas Iulias Anno 1514.

Huetii commentarii de vita sua

Ferenda ei [sc. Claudio Salmasio] erat mulieris intemperies, et ad eius ingenium accomodare se cogeatur, non patienter modo, sed et nonnumquam indecore; velut cum suscepit iter Suecium, tumque hominis aetas, et vitae institutum, habitum postularent modestum et simplicem, huiusmodi illa vestitum, tanquam ignobilem et plebeium aversata, militari cinctu personatum in aulam Suecicam prodire voluit, thorace indutum e bubali corio, manicis, braccis e panno coccineo, gestantem capite pelusum cinerei coloris, penna candida protectum; atque ita exornatum se produci passus est in publicum.angebatur praeterea femina impotens, si quem ad secretos viri sui et familiares congressus admissum videbat; quod ipse ego expertus sum: si quando enim solos nos colloquendi causa in secessu delitescere intellexerat, irrumpebat illa continuo, caussasque petebat ex alto, cur nos tam intempestive obturbaret.

Inter jucunda haec colloquia narrabat mihi Salmasius, toto hoc anno, quem Holmiae transegerat apud Christinam Reginam, se podagra oppressum decubuisse, sibi supervenisse aliquando Reginam, cum temporis et doloris fallendi caussa libellum legeret, perfacetum quidem, at subturpiculum, cuius Auctorem ferunt Franciscum Beroaldum Vervillam, praefixo hoc titulo, *Rei faciendae ratio* [sensu obsceno intellegendum: "rem sc. veneream facere", "patrare"]; se eum diligenter inter stragula occultasse, ne manus iniiciens Regina obscoena lectione offenderetur; nec ejus tamen omnia circumspicientis argutum et curiosum oculum effiigisse; atque illam arrepto statim et aperto libello, et perlectis saltuatim versibus aliquot, subrisisse ad jocosas nequitias, et vocatae ad se Sparrae, nobili et formosae puellae, quam habebat in deliciis [notum est Christinam tribadem fuisse.], certos quosdam indicasse libri locos, quos sibi praelegi vellet ab ea, quantumvis renitente, multoque pudore ac rubore suffusa, solutis in magnos cachinnos omnibus adstantibus. Utque totius rei historiam accuratius pernoscerem, libellum conquiri jussit Salmasius apud Bibliopolas Leidenses, et eleganter compactum dono ad me misit.

Pet. Dan. Huetii, Episcopi Abricensis, Commentarius de rebus ad eum pertinentibus, Amstelodami 1718, p. 126 - 128.

PETRI DAN. HUETII, *COMM. DE REBUS & C. LIB. III, G6*

Post horrendam illam caliginem, quae tot annos in rem Christianam et literariam incubuit, renascentibus literis feliciter ~~obstetricata~~ ^{OBSTETRICATA} est Critice, per quam pristini aevi vibices fere sunt oblitteratae. Nunc autem in hac luce literarum, post navatam tam diuturnam tamque assiduam in emendandis veteribus libris operam, suoque iam splendori restitutis, totum vitae tempus in eadem palaestra conterere, uti factum videbam a Grutero, Fabro, aliisque compluribus; nec aliud laborum suorum aucupari praemium: haec vero ignobilis mihi visa est et pusillo animo digna exercitatio;

necessaria certe, at humilis tamen, qualis illa ^Sarritorum est, quibus hortuli mei noxias herbas legendas mando; ego fructus comedo, et recondo.

Nec multo maiore laude digna ^Visa est Linguarum peritia, cuius ingens erat tum quoque inter Eruditos commendatio, flagrabatque earum studium prope ad insaniam. Scio equidem suam inesse in iis utilitatem, atque etiam necessitatem; nec certam colligi posse vetustatis notitiam, qua continetur optima pars humaniorum literarum, sine illarum Linguarum subsidio, quibus usae sunt eae gentes, quae inventas a se et excultas disciplinas ad nos transmiserunt: ancillarum modo habeantur loco, quae cultu captandae primum sunt ab iis, qui ad dominas, nobiliores scilicet disciplinas, ^Faddectant viam. ^FLinguis sic tanquam clavibus ^Sreferantur fores doctrinae. Quicumque Linguarum notitia contenti, consistunt in limine, et abstinent penetralibus disciplinarum, similes eos dico ianitorum illorum, qui gestantes in sinu claves multarum ianuarum, foris ipsi cubant sub dio.

Ex Ludivici Holbergii epistula ad virum perillustrem

In reditu ipso, dum divertebar apud Tribunal quendam necessitudine mihi iunctum, nomine Krogium, accidit mihi res ridicula simul ac memorabilis. Tres eidem Tribuno erant filii, quorum natu minimum lecti socium sibi adoptaverat paedagogus nomine Erasmus, qui spongia quavis siccior, bibendique mirus artifex in evacuandis poculis paucos pares, neminem vero in tota ea regione agnovit superiorem. Accidit semel, ut paulo post primam facem bene potus, ac in utramque partem nutans domum rediens cum vestimentis ac calceis in lectum se coniecerit, quo facto ephebus, lecti illius socius, relicto Magistri cubili, insciis nobis, tacite in nostrum subrepat, transversus ad pedes nostros quieturus. Unius horæ spatium stertueramus, cum insomnio agitatus feriret pedes meos, quo facto, expectatus ego collaterales meos desomnes facio, indicans spectro nos peti, hinc terrore panico perciti integris spirituum legionibus obsideri nos credimus. Ipse Diabolus excitatus susurris, ac strepitu, eodem terrore corripitur, & quia solus erat, vexationi spectrorum se ante omnes expositum, primumque Diabolo bolum, ac quasi promulsidem fore autumat.

Diu ita immobilis ac semianimis adventum hostis expectavit, tandem ipso periculo excitator factus stationem deserere, ac ad castra nostra transfugere moliebatur. At, quoties id tentabat, toties exanimatis nobis totum Plutonis regnum ante oculos erat, ita ut non immerito de se ipso dicere potuerit cacodæmon noster:

Flammas moveoque feroque.

Ita terrore penè enecti ac sudore exhausti quovis momento deditionem paramus, ac totam noctem insomnem agimus, veremur omnia, imaginamur omnia, & quæ natura metuentium est, ea maximè nobis, quæ maxime abominamur fingimus. Non dubito, si in unum corpus digestæ essent preces, quibus cælum eâ nocte fatigavimus, quin ad iustum volumen in quarto excrescerent. Collaterales mei, qui in Theologicis mediocriter tantum versati erant, adeò ut nihil ferè præter Orationem Dominicam memoriter tenerent, ad preces, quæ ante prandium vel cœnam à pueris recitari solent, confugiebant. Inter alias formulam illam: Appositis & apponendis benedicat Deus decies ad minimum repetebant, malè sibi conscii ob nimium pietatis Christianæ neglectum,

pœnamque luunt formidine pœnæ;

Nemo mutire, nedum clamare ausus est metu, quâ Diaboli, quâ Erasmi, quem diurnum fore spectrum, atque crudelius nos vexaturum mox augurabamur. Ità misere protrahimus totam noctem, usque ad eam partem, quæ est inter gallicinium & diluculum, tunc Cacodæmon noster moræ impatiens è lecto prosiluit, stentorea voce exclamans: fer opem, Magister! nam spiritibus infestamur; clamor iste ad nos perlatus, triplicique echo repercussus excussit somnum Druso nostro, qui, licet æstu crapulæ adhuc ebulliret sanguis, audito tamen hoc strepitu, quo totum cubiculum exsonuit, frigidior hyeme Islandica factus crucis signo se muniebat, metuque exsanguis adventum diluculi expectavit. Illucescente tandem die veritas cum mutuo pudore detegitur. Hinc comperto errore negabam diu contumaciter existentiam spirituum, credebam omnia, quæ de spectris vulgò narrantur, aut meras esse sententias ad aniles fabulas relegandas, aut vanas mentis imagines. Et forsitan eiusmodi casus à superstitione in ἀπιστίαν non paucos præcipitarunt.

Colloqui 2012

L etture seminariali: “Biografia e autobiografia”

- Vite di uomini illustri: Nepote e Plutarco
Ex Nepotis vita Dionis
Ἀπὸ τοῦ Πλουτάρχου βίου Περικλέος (3.1-3.4; 7.4-7.5; 11.3-12; 38.3)
- Unus pro multis: Tacito (Agricola) e Senofonte (Anabasi)
Ex Taciti Vita Iulii Agricolae (passim)
Ἀπὸ τῆς Κύρου Ἀναβάσεως βιβλίου Γ' (1-4; 11-18; 21-25)
- Naturale e soprannaturale: Apuleio (De Magia) e Filostrato (Vita Apollonii Tianensis)
Ex Apuleii Apologia
ΠΕΡΙ ΛΑΜΙΑΣ ΕΚ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΣ ΤΟΝ ΤΥΑΝΕΑ
ΑΛΟΛΛΟΝΙΟΝ (1.1.1-1 καὶ 1.5-4.25)
- La vita filosofica: Agostino (Confessiones) e Platon (VII lettera)
Ex Augustini confessionibus
Ἀπὸ τῆς ζ' ἐπιστολῆς τοῦ Πλάτωνος (324.b-326.b καὶ 348.a.5-350.b)
- Un modello per i posteri: Petrarca
Familiares, Posteritati
- Utopia e disincanto: Enea Silvio Piccolomini
De via sua commentaria: de pontificatus electione
- Apologia ed exemplum: Erasmo
Apologia, Pro vita sua
- Levità ed eleganza: Pietro Daniele Huet
Hueti commentarii de vita sua
- Ironia e autoironia: Ludovico Holberg
Ex Ludovici holbergii epistula ad virum perillustrem